65

PERSEQVVTIONES ECCLESIAE, QVAS, SECVNDVM HISTOricos, & Chronographos, à Tirannis, Hæreticis & Schiſmaticis, alijſq; huius farinæ hominibus uerſipellibus & ſeditioſis, ab apoſtolorum uſq; ad noſtra tempora, ſuſtinuit, & de eorundē ſectis, erroribus, fructibus & ſeditionibus, Collatio.

Sæpe expugnauerunt me, à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Pſalmo. 128.

Papa Pius ad Turcarum Imperatorem.

Niteris in caſſum Petri ſubmergere nauem,
Fluctuat, at nunquàm mergitur illa nauis. ratis

Veritas domini manet in æternum. Pſalmo. 116.

Vuolphangus Kyriander Otingen. Eccleſiæ militantis in tribulatione Socius conſcrebat.
M. D. XXXXI.

Sed tu domine uſq; quo?

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ALBERTO
Comiti Palatino, & Boiorum ſummæ ſpei Duci.

DOnabunt alij pateras gemmaſúe nitentes,
Aſt Alberthe tibi qualiacunq; fero
Munera, parua quidem ſed nõn ceſſura ſuperbis,
Si capies animo, quo pia thura Deus.
His quantis quaſſata malis eccleſia, noſces
Et fuit, & nunc quo uindice firma manet:
Atq; leges rerum ſeriem, benefactaq; patris
Guilhelmi, nullo intermoritura die.

Tuæ Celſitudinis
M. Vuolphangus Herman.

ILLVSTRISSI-

MO CLARISSIMO ET CATHOLICO PRINCIPI

& domino, domino Alberto Comiti palatino Rheni, utriuſq; Boioariæ duci, Domino ſuo clementiſsimo, Sanitatem & fœlicitatem in Chriſto Iheſu ſempiternam.

CPrimo quidē iure in tuas laudes cū ore tū animo oēs feruntur, Princeps clariſſ. honeſtæq; uitæ tuæ primordia ſtupore quodam ſuſpiciunt & admirantur. Ita enim natura fere comparatum eſt, ut extra cōmunem aleam poſita ueneremur, & principes uiros laudibus (quæ mentis honeſtæ faces ſunt) pſequamur, et ut uere tū preclare admodū poëta ait, laudataq; uirtus creſcit & immēſum gloria calcar habet, Hac itaq; ratiōe ego quoq; ductus, cū nuper ueluti ab exilio Monachium urbē ueſtrā primariā & certiſſimū quoddam Catholicorū aſylum, uxorē liberoſq; deduxiſſem, & ibidem pluſq; uellem a negotijs ocij inueniſſem, atq; ne in uniuerſum male feriatus eſſem, de eccleſiæ omnium temporum perſequutionibus ſcribere ſuſcepiſſem eum libellum (quoniam Chriſtianiſſimi Principis Guilhelmi parētis tui erga afflictam ſui ſæculi religionem, tum pietatē, tum merita, illi proprias, tibi uero princeps inclitiſſ. hereditarias laudes continet, teſtatur, & effecit) tuæ celſitudini potiſſimum dedicaui, ſperans fore, ut eo ipſo qualicunq; labore meo, gratum & memorem me declararem, non modo tuę Serenitati, quin etiam Illuſtriſſ. principi Guilielmo, cuius preſidio me, meoſq; ueluti ſub umbra alarum ſuarum fouendos protegendoſq; tradidi. Accipe igitur gratioſiſſime Princeps hoc carthaceum meæ pietatis &

gratitudinis ſymbolū benigno atq; hilari uultu, nec tā ꝙ offertᵣ ꝗ̄ offerentis animū intuearis, imitatus & in hoc Artaxerxis illius perſarū Regis exēplū, qui aquam quoq; e ꝓximo quodam flumine hauſtā, a ruſtico homine benigne ſuſcepit Vale, Viueq; fœlicißſ. Optime ſpei Princeps.

Tuæ celſitudinis

Infimæ ſortis mācipiū.

Vuolphāgus Herman. Oingeñ.

IN PERSECVTIONES ECCLESIAE &c.

M. Vuolphangi Hermanni. Sebaſtianus Linckius.

Q Vam Petro quondam commiſit uirgine natus
Atq; per æquoreas ducere iuſsit aquas,
Cymba natans ſemper, uarijs agitata procellis
Per uaſtas Syrtes neſcijt acta quiem.
Fulminat hinc Boreas truculenti ſæpe tiranni.
Hinc ruit hæreſeos murmure turbo fero.
Hinc Auſter ſceleris pluuioſis intonat alis
Et minitat trepidæ fata ſuprema rati,
Illic Scylla rapax latranti occurrit hiatu.
Hic uomit abſorptas ſæua Charybdis aquas
Hic blando nautas capiunt Acheloides ore,
Impedit hic cæptum tetrica cautes iter.
Hæc inter pelagi cladem minitantia, monſtra
Fluctuat aduerſis ſacra carina Notis
Fluctuat, at nunquàm ſuccumbit uicta procellis,
Rectoris diuo remige tuta ſui.
Id docet Hermanni preſenti Muſa libello
Sic cupiens ſtudijs conſuluiſſe pijs.

In perſecutiones eccleſiæ, conſcriptas à M. Vuolphango Hermanno Eraſmus Vuolphius.

D Ilecti ſponſi ſitiens defloruit hortus
Vinea pampineis aruit orba botris.

Peſte

Peſte uenenoſa fruges,atroq; ueneno
Aeternas horti conſpuit anguis opes
Inde hirſutarum trux lerna ſecuta ferarum
Vaſtauit uites,lilia,thura,roſas.
Immanes urſi, pardi tigresq; lupiq;
Damarum pauidum diripuere gregem
Crapreolus ſaliens,uagus Hinnulus, *inſuper hœdi,*
Capti uulpino ſuccubuere dolo.
Sæpe gemens turtur, mitis petijtq; columba
Ceſſet ut acris hyems uer redeatq; nouum
Aethereum ſolem depulſa nube reducent
Diuinus Triton *Cymothoëq; dea*
At reſtant Syrtes,auidæ barathrumq; Charybdis,
Reſtat & undoſis terra lauanda Notis
Vas triſtes Hyadas *& triſtia* Orionis *aſtra*
Hermanni læta perdocet arte liber.

Vuolphangus Sedelius ad lectorem pium.

QVid nutas,animo pendens hac ſorte miſella
Offenſus,quaſi ſit iam peritura fides?
Quid minus hoc tempus noſtrum,quid deniq; caſus
Miraris noſtros,ut noua cuncta putes?
Impugnata fuit reprobis eccleſia Chriſti,
Hereſeoſq; uagæ ſcandala crebro tulit,
Vicit at uſque fide,dextra ſeruata potenti
Interiere mali,perfida turba ruit.
Corruit & defenſa diu ſimul hæreſis ipſa,
Clarior emerſit nubeq; tecta fides
Irrito tempus prudens memorato,quid ante
Præteritum tulerit,quem dederitq; ſtatum,
Et cautus reputa Chriſtus quid dixerit olim
Venturum,Paulus ſcripſerit atq; ſacer.
Quòd ſi forte tibi numeroſa uolumina rerum
Geſtarum,uel non myſtica ſcire datur,
Ecce pius ſimul & doctus Kyrianderin iſto
Dragmate ſuccincto,quæ uolo,cuncta notat.

PRAEFATIO.

MEDITANTI SIQVIDEM ECCLE-
ſiæ calamitates, perſequutiones, & oppugnationes,
quas ab Apoſtolicis uſq; ad noſtra tēpora ſuſtinuit,
ut etiam hodie non ſolum uerbis improbiſſimis, ue-
rùm pugnis & calcibus (quod dicitur) laceſſita pati-
tur, non erit quin cum Propheta clamet, Quis dabit
Hiere.9. capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrima-
rum, & plorabo die ac nocte? ut etiam, qui hac die tribulationis increpa-
tionis, & blaſphemiæ illi non condolet, nec pro ingenij ſui capacitate, ut
4.Reg.19. poteſt, ſubuenire ſtudet, indignus ſit qui eccleſiæ filius nuncupetur, quem-
admodum Alfonſus ille doctiſſ. de Caſtro meminit, Nunq̃ enim eccleſiam
talibus & tantis hoſtium malignitatibus uexatam cognouimus, ut hac no-
ſtra ætate uniuerſam hæreticorū Lernam ſuſtinet, Quamuis licet eccleſia
primitiua multis tyrannorum incurſionibus & afflictionibus turbata, ac
multo ſanguine conculcata, & oppreſſa fuerit, ſicut infra ordine dicetur,
tamen uſq; reuixit eccleſia, ut Propheta inquit, Proiecta es ſuper faciem
Ezech.16. terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es, tranſiens autem per te
uidi te conculcatam in ſanguine tuo, & dixi tibi, cum eſſes in ſanguine tuo
uiue, dixi inq̃ tibi in ſanguine tuo, uiue, Quibus itaq; uerbis Propheta na-
ſcentem primum deſcribit eccleſiam, etenim in Chriſti & Martyrum ſan-
guine eccleſia primum nata eſt, uixit, & uſq; ad Ephebiam adoleuit, uixit
inquā eccleſia, & uere uixit in eiuſmodi ſuo ſanguine ferme uſq; ad Con-
ſtantini magni tēpora, quo primo inter Ro. Cæſares Chriſtiano facto, per-
ſequentium gladius paulo conquieuit, nec obfuit, quamuis innumerabilia
illi membra rapuerit, imo plus profuit, cum in eo pulcherrime & fœliciſſ.
effloruit eccleſia, haud ſecus ac roſæ inter ſpinas ac uepres, Sic etenim
regna uicit, operata eſt iuſtitiam, adepta eſt repromiſſiones, obturauit ora
Hebre.11. leonum, extinxit impetum ignis, effugit aciem gladij, cōualuit de infir-
mitate, fortis facta eſt in bello, caſtra uertit exterorum &c. Secus autem
longe lateq; inter ſciſmaticos & hæreticos, quorum ſi metiri conuenit
malitiam, peius malum, & lues magis execranda non fuit unq̃, Conantur
ſiquidem fundamentum hoc, quod tum à Chriſto ipſo ſuper petram fir-
miſſimam

miſſimā poſitum, cum ab apoſtolis eius mundo oſtenſum eſt, funditus erue re, mortalibuſq; omnibus cladem perpetuo infœliciſſ. inferre, corporaq; et animas miſerabiliter perdere, ac in gehennam ducere. Licet etiam aliquādo multum inter ſe, & quidam ex diametro (ut prouerbium habet) diſſentiunt, in hoc tamen unum omnes pariter meum ducentes conuenerunt, ut aduerſus Chriſti, & Apoſtolorum doctrinam ſuis inflatis deliramentis ſuperciliosi criſtas erigant, nec qui hoc idem agerēt pauci fuere, imo plures contra fidem orthodoxam, & doctrinam euangelicam inſurrexerunt, & caſtra in circuitu eius poſuerunt, & uallauerunt eam undiq;, ut ad terram proſterneret, Ab Oriente enim Simon magus, Menander, Valentinus, Manes, Baſilides, Cerdō, Marciō, Paulus Samoſatenus, Arrius, Neſtorius, Ab occidēte, Priſcilianus, Vigilantius, Vualdenſes, Albigēſes, Zuinglius, A Meridie, Nouatus, Donatus, A Septentrione (unde panditur omne malum) Pelagius, Ioannes Viccleff, Ioannes Huß, Martinus Lutherus &c. Verum, poſt multos hæreticorum huiuſmodi impetus & innumeras eorū incurſiones firma adhuc manet eccleſia, Quoniā dominus pro ea rogauit, ut nunq̄ deficeret, at qualiter deficere poterit cum Chriſtus in medio eius ſtat ut non commoueatur, aduerſus quam nec portæ infernales præualebunt, oppugnant licet omni telorum genere eccleſiam hæretici, tamen nūq̄ expugnare ualebunt, ſicut etiam Iebuſeus olim perpetua hæreditate manſit inter filios Iſrael, nec uſq̄ deleri potuit, Deo ita aut permittente, aut diſponente ad Iudæorum ignauiam repellendam, ut uidelicet ſcirent inter eos habitare, quos timere & propter quos uigilare eos oporteret, Ita etiam nunc quantumlibet eccleſia ab Hæreticis expugnetur, ſemper ad noſtram exercitationem, Iebuſeus erit in medio, Oportet hæreſes eſſe (ait Paulus) ut qui probati ſunt manifeſti fiant, quia igitur ſemper futuros præuidet hæreticos Apoſtolus, ideo omni qua poteſt ſedulitate ac ſolicitudine nos admonet, ut perſtemus in cuſtodia, eoſq; deuitemus, & ab eorum cōmertio abſtineamus, quoniam ſciebat quantum nocumenti habita cum eis cōmunio afferre poſſet, ſermo enim eorum ut cancer ſerpit, & ſicut ſcorpiones pungunt uerba eorum. Hac itaq; occaſione, tum fraterna pietate motus (citra aliquod cōmodum, & præter iniuriam quorumcūq;) diuerſas eccleſiæ perſequutiones & calamitates, quas ab apoſtolicis uſq; ad noſtra tempora nouiſſima, cū à tyrannis, tum ab hæreticis, aliiſq; huius

farinæ

Ab Oriēte hæretici.

Ab Occidente.

A Meridie.

Hiere. 9.

A Septentrōe.

Eſt enim proprium eccleſiæ, ut tunc uincit cū leditur, tūc intelligit cū arguitur, tunc ſecura eſt, cū deſeritur, tūc obtinet cum ſuperata uidetur. Hilarius.

Luce. 22.

Pſal. 45.

Math. 16.

Iudic. 1.

ſarinæ hominibus uerſipellibus, apoſtaticis & ſeditioſis ſuſtinuit, ac quantum apud receptos hiſtoriographos & Chronographos reperi, hoc breui compendio, humiliq; ſtilo perſtringere, uulgari quoq; popello ſuo idiomate Germanico, Rithnicoq; exemplari conſulere decreui, quibus cognitis & perlectis, ut uideant & palpitenne, nihil à recentioribus & Neotericis hæreticis allatum & inuulgatum eſſe, quod non dudum ante multos annos à uetuſtioribus hæreticis memoriæ proditũ, diuerſiſq; concilijs condemnatũ fuerit, ſicq; ab illis cedere, eoſq; uelut peſtes deuitare, & ſoli eccleſiæ catholicæ, imo huic unicæ Petri nauiculæ, eiuſq; gubernatoribus, & paſtoribus adherere & obedire ſtudeamus, quo tandem unanimes cum ſanctis & electis Dei connumerandi ſimus, quod Chriſtus Ieſus pius & miſericors redemptor nobis omnibus largiri dignetur Amen.

Ad Lectorem.

Nolo te præterire candide Lector, ordinẽ, quẽ in hoc labore noſtro obſeruauimus. In primis, quoniã Impatores poſuimus, quorũ tẽporibus eccleſiam primitiuam cruento gladio perſequi & expugnari conatũ fuit uſq; ad Imperatoris Anaſtaſij ferme tempora & ultra, Cæterũ,
1. Corin. 11. *quia iuxta Pauli dictum oportet fieri hæreſes, ut qui probati ſunt manifeſti fiant, hinc ſubſequentes Imperatores Chriſtianos appoſuimus, quod in eorum memoria pleræq; hæreſes exortæ, & pululare ceperunt, maxime etiam, quod fideli eorum exhortatione, opera & induſtria (concilijs generalibus mediantibus) huiuſmodi maledictæ hæreſes diſiectæ, condem-*
Canti. 4. et. 6. *natæ, & gladij animaduerſione exterminatæ fuerunt etc. Quocirca diuina etiam miſeratio quolibet tempore eccleſiæ ſponſæ ſuæ, de uiris incorruptiſſimis, doctiſſ. celeberrimiſq; uidelicet epiſcopis, doctoribus, paſtoribus, alijſq; bonis uiris præuidit, qui contra ſceleſtes illas Hæreſes militarent, docerent, ſcriberent, & gladio uerbi Dei ab ouili repellerent, & compeſcerent, quos itaq; uiros illuſtres, & alios proprijs nominibus, cum nonnullis hiſtorijs, ſcitu non iniucundis, ſubiungimus.*

PRIMA ECCLESIAE PERSEQVVTIO SVB NERONE IMPERATORE.

NERO IMPERATOR, ANNO A Natiuitate Domini. 57. poſt aſcenſionem uero. 24. Imperare cepit, rexitq; annis.14.menſibus.7.diebus.8.Is dum quintum imperij annum ageret tolerabilis erat, poſtea in omnibus Caligulæ Auunculo ſuo ſimilimus, qui Romanum & deformauit imperium & minuit,fuitq; inuſitatę luxurię ſumptuūq;, ut qui exemplo Caligulæ in calidis, frigidiſq; lauaretur vnguentis, Retibuſq; aureis piſcaretur,quę blateis funibus extrahebat,maximam Senatus partem bonis priuauit & interfecit,equeſtrem ordinem penitus deſtituerat, Boniſq; omnibus hoſtis fuit. Libidinibus porro tantis exagitatus eſt,ut ne a matre quidē uel ſorore ulla ue con ſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe referatur, parricidia multa commiſit,fratre,matre,& ſorore interfectis, Vrbē Romam per ſex dies ſeptemq; noctes incendit,ut ſpectaculi eius imagine cerneret, qualiter olim Troia capta arſerat, & ipſe ex altiſſima illa Mœcenatiana turre proſpectans, lætuſq; flammę pulchritudine tragico habitu Iliada decantabat,Tandem.13.Imperij anno innumeros interfecit Chriſtianos. Alia itaq; infanda eius flagitia Blō. Fla.li.9.Corne.taci.li.13.et 15.Eutrop.Sueto.Oro.cōmemorāt, & tandem profugus ſeipſum gladio interemit dicens,dedecoroſe uixi, turpius peream Eutrop.

Roma incenſa

Nerōis, in ſui ipſius caput ſententia.

FVERE TVM INTER CHRISTIANOS PASSOS, PRIMATES.

Petrus
Paulus
Iacobus minor
Marcus euangeliſta
Dionyſi⁹ Corinthiorũ epũs
et pluresalij.

CONTEMPORANEI.

Seneca Neronis præceptor, & ut diuus Hiero. teſtatur uir fuit Catholicus & uitæ continentiſſ. qui propter frequentes epiſtolas Pauli ad eundem & Senecæ ad Paulũ Sanctorum Cathalogo appoſitus fuit, ac tandẽ à Nerone occidi iuſſus uenarum (ut hiſtoriæ tradunt) inſciſione, egregiam ipſius ad Neronem orationẽ, & è contra blandam Neronis reſponſionẽ. Vide apud Naucle. genera. 1.

Lucanus predicti Senecæ Nepos orator & pöe. celeberr. ac idem cũ Seneca, à Nerone paſſus eſt ſupplicium.

Cornutus philoſophus et poe. tragicus Perſij præceptor à Nerone in exilium relegatus.

Clodius Rhetor.

Palæmon gramaticus inſignis.

Quintilianus Rhetor.

Statius Rhetor & Orator.

Pogius Florentinus Rhetor.

Diaſcorides medicus.

HERETICVS.

Hereticus dicitur qui uel leui argumento ſiue articulo à iudicio et tramite catholicæ religionis detectus fuerit deuiare. L. oẽs. C. de here. & Manich.

Simon magus ex Syria Romam ueniens, Magica arte populum Ro. adeo infatuauit ut deus coleretur, qui poſt ſuſceptum Baptiſma cum Silena uxore docuit mundum ab angelis factum, etiam promiſcuũ fœminarũ uſum eſſe licitum, negans carnis reſurrectionem, credens ſpiritualia dona eſſe uenalia (inde Simoniaci, quod malum nũc uiolenter irrepſiſſe cernimus in expiſcandis bonis eccleſiaſticis, quamuis parum eſſet ſi uenundarentur, ſi modo ui nõ diriperẽtur) & alias multas diſſeminare cepit hereſes. Sed Petro Romam uento omnia eius ſcelera cõfuſa ſunt. Nã cum magicis artibus, populo ſpectante ad cœlum uolare tenta-

tentauerat, ad diui Petri orationem Simon in terram deciดit, fractisq; ceruicibus expirauit. Euſe. li. 2. c. 13. Bergomen. li. 8. Naucle. genera. 2. Alfon. ti. de coitu. hereſi prima.

Secunda eccleſie perſequutio ſub Domiciano Imperatore.

DOMICIANVS IMPERATOR.

ANno Domini. 82. poſt Veſpaſianum patrem ſumpſit Imperium, Rexit annis. 15. menſibus quinq;. uir per omnia peſſimus ut Oro. refert. Neroni, uel Caligulę, aut Tiberio ſimilior fuit q̄ patri Veſpaſiano aut Tito fratri, moderatior tamen primis annis habebatur, Sed mox per omnes ſcelerum gradus paulatim profuſus, nobiliſſimos e ſenatu interfecit, dominum ſe & Deū primus appellari, ſcribi, coliq; iuſſit, & Secundam in Chriſtianos perſequutionem mouit, Tandem diuina correptus ultione ætatis ſuæ. Anno. 45. In proprio palatio a ſuis confoditur, Eutrop. li. 9. Oro. Cor. taci. Naucle. genera. 4. Bergomen. li. 8. *Domicianus à ſuis cōſoditur*

INTER PRAECIPVOS *Martyres extitere.*

Timotheus Epheſinus epiſcopus.
Titus Cretenſis epiſcopus. S. Pauli diſcipulus.
Eleutherius.
Dionyſius Areopagita philoſophus et aſtrono. doctiſſ. qui Athenis cum cæteris ſuæ profeſſiōis eclipſim ſolis in domini noſtri paſſione diiudicauerat dicēs, aut deus patitur, aut ordo Naturæ diſſoluetur, quem poſtea diuus Paulus ad fidem conuertit, et Athenis epiſcopum preſecit. Demum cum Eleutherio martyriū pertulit & pluribus alijs.

COETANEI.

Ioſephus hiſtoricus celeberr.
Iuſtinus hiſtoricus.
Iſacbus orator diſertiſſ.
Seruius Sulpitius orator et Iureco. doctiſſ.
P. Statius Neapolitanus poe.
Marcialis coquus poe.
Iuuenalis poe.
Stella patauinus poe.
Appollonius, Tyaneus, et Euphrates philoſophi peritiſſ.

HERETICI.

Menander Simonis Magi diſcipulus, qui ſeipſum mundi ſaluatorem deſtinatum aſſerebat, et quod per Baptiſma a ſe datũ quiſq; perpetuus et immortalis fieret, erroribuſq; ſuis antiochiam fędauit, Euſe. li. 3. c. 26. Tertul. Bergomen. li. 8. Naucle. genera. 4. Docuit etiam mundũ a ſeptem angelis factum preter Dei patris conſcientiam. Alfon. ti. De Creatura. hereſi prima.

Cherintus, Terrenum Chriſti regnum futurum predicabat uentri, libidini, & omnibus tunc concupiſcentijs ſatiari, uictimas immolari, et legales feſtiuitates obſeruari, de quo latius apud Ireneũ li. 3. Euſe. li. 3. c. 28. Naucle. genera. 4. Alfon. ti. de beatitudine. hereſi. 2.

Ebion, is cum Euangelio & legalia obſeruanda tradidit, & Chriſtum purum hominem fuiſſe docuit. Paulũ Legis apoſtatam nominauit eiuſq; epiſtolas oẽs reſpuit. Euſe. li. 3. c. 27. Bergome. li. 8. Naucle. genera. 4. Alfon. tit. de lege. hereſi. 1. & de ſcriptura ſacra. hereſi. 4. & 6.

Nicolaite, a Nicolao diacono (uno e ſeptem diaconibus, qui cum S. Stephano ab Aopſtolis ordinati fuerant) ſe ortum duxiſſe iactitabant, Euſebius tñ Nicolaum iſtum uitæ honeſtiſſ. & integerr. fuiſſe tradit. li. 3. c. 29. Clemens quoq; Alexandrinus & plures alij negant ipſum proſtituiſſe uxorem ſuam. Sicut etiam Naucle. genera. 4. recitat. Sed quia idem purgandi animo ſe a zelotypia uxoris (quam pulchram habebat) corã Apoſtolis

eandem

eandem produxit dicens, ut qui uellet, ea uteretur. Oſtē-dere uolens hoc facto, ſe non adeo zelotypum eſſe ut ipſe impingebatur, Vnde alij occaſionē ſumentes hoc licitum eſſe crediderunt, ut quiſq;, qua uellet uti fœmina potire-tur, Alfon. tit. Coitus. hereſi prima, quorū & diuus Ioan. Apoca. 2. meminit.

Tertia Eccleſie perſequutio Sub Troiano Imperatore.

TRAIANVS IMPERATOR.

ANno Domini 100. Imperare cepit, rexit annis 18 mēſibus 6. Natus in hiſpania. familia antiqua ma-giſq; clara, Vir quidē in omni uirtutis genere preſtantiſ. habens in re militari diligentiam, in ciuilibus lenitatē, in ſubleuādis ciuitatibus largitiōem. Cumq; duo ſunt quæ ab egregijs principibus maxime expectentur, Sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobiq; prudentia, Idem, rem-pub. ita adminiſtrauit ut omnibus principibus prefereba tur, Romæ, & per prouincias omnes ſe ęqualē exhibens, nihil iniuſtum ad augendum fiſcum agens, Liberalis in cūctos, publice, priuatimq; ditans omnes & honoribus augēs, quos uel mediocri familiaritate cognouiſſet, mul-tas immunitates ciuitatibus tribuens, nihil non tranquil-lum placidumq; agens. Inter alia dicta fertur hoc ipſius egregium, amicis eum culpantibus quod nimium circa omnes communis eſſet. Reſpondit talem priuatis Impe-ratorem eſſe oportere, quales ſibi priuatos optat habere. Qui licet ſingularis iuſticię & humanitatis eſſet, dum in-dies Chriſtianorum copias augeri cerneret, decimo Im-perij anno, Tertiam in Chriſtianos perſequutionem (ad quorundam malignorum delatiōem) conceſſit. Tandem

Exornantia principem.

Traiani dictū.

Plinij Secũdi(qui inter cæteros iudices (ut Tertul. refert) perſequutor datus erat) relatu admõitus eſt, eos homines nihil morte habere dignum, niſi quod dijs non immolarẽt & Chriſtum ueluti deum ante lucem ſurgentes laudarẽt, a malis omnibus abſtinentes, ad quem poſtea Traianus reſcribit Chriſtianos pro fide nullaten⁹ inquirendos, quo facto aurea domus a Nerone totis priuatis, publiciſq; rebus impenſis condita repentino conflagrauit incendio, ut etiam ab alio & potiſſime in ipſius monumentis miſſa intelligeretur perſequutio, a quo primum exorta eſſet, atq; in ipſo autore puniri, Etiam Pantheon Romæ a domiciano extructum fulmine concrematum eſt, Multis inde cladibus, terremotibus, ſeditionibus & prælijs in diuerſis regionibus & prouincijs ſubſequutis, adeo, quod multa milia uaſta cede deleta ſunt, Tandem expletis annis. 63. Traianus profluuio uentris extinctus eſt. Eutrop. li. 10. Oro. Naucle. genera. 4.

INTER PRAECIPVOS PASSI SVNT.

Ignatius S. Ioannis Apoſtoli diſcipulus Anthiochenæ eccleſiæ Epiſcopus, primus antiphonas et pſalmos in eccleſia Dei cantari & intonari ordinauit, qui etiã epiſtolis ſuis ad diuã uirginem Mariã miſſis, ipſam Chriſtiferam ſalutauit Euſeb. Bergomen.

Clemens.

Euſtachius Traiani Magiſter militum cum uxore Theophraſta martyrium pertulit.

Sophia matrona nobilis cum tribus filiabus, fide, ſpe et charitate Romã uenit, & tandem ibidem Martirio coronãtur, quorum corpora mater collegit & ſuper earum ſepulchra ſe pſtrauit & oratiõi uacauit quouſq; animã exhalauit, Euſe. Naucl.

Hermes urbis Romæ prefectus cũ tota familia. 1250. Seruis et earum uxoribus & complures alij martyrio ſubijciuntur.

CONTEMPORANEI.

Ege-

Egeſippus uir ſanctiſſ. & doctiſſ. qui à paßione domini noſtri Iheſu Chriſti uſq; ad hanc ætatem, omniū eccleſiaſticorum actuum texuit hyſtorias.

Plutarchus cheroneus philoſophus & hyſtoricus celeberrimus Traiani præceptor.

Agrippa cognomento paſtoris.

Plinius. 2. philoſophus orator & hiſtoricus.

Terentius Scaurus grammaticus.

Secūdus, athenien. philoſophus inſignis, qui cū ab Impatore Hadriano interrogaretur quid Deus eſſet, Reſpōdit, Deus eſt immortalis mēs incomprehenſibilis celſitudo, forma multiformis, multiplexq; ſpiritus, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens, lux indeficiēs & optimum bonum, Bergomen.

Dion philoſophus doctiſſ.

Suetonius Tranquillus hiſtoricus.

HERETICVS.

Baſilides, qui pretextu myſticæ doctrinæ in immenſum tetendit impie mentis cogitatum (ut Ireneus refert) & uigintiquatuor commentarios de Euangelio cōdidit, aſſeruit inter alia, Chriſtum non in ſubſtantia carnis miſſum, nec a Iudeis crucifixum, ſed Simonem eius uice paſſum, Tertul. Euſe. li. 4. c. 8. Paulus conſtan. Alſon. ti. de Chriſto, hereſi. 7.

Quarta Eccleſie perſequutio Sub Marco Antonio Vero Imperatore.

MARCVS ANTONIVS VERVS IMPERATOR.

ANno Domini. 162. Imperio ſucceſſit, Imperauit annis. 19. menſe uno, uir literarū ſtudioſiſſ. & permaxime philoſophiæ, Nec propterea ipſum philoſophia a rebus bellicis & Imperij retraxit, nemini moleſtus fuit, & in omnibus de repub. liberalis extitit, fiſcalium quoq; monumenta in foro cōgeſta concremari fecit, Leges etiā ſeueriores nouis conſtitutionibus temperauit. Inde dieb.

parthici belli, perſequutos Chriſtianorum iam poſt Neronem, quarta uice agi imperauit, quę tam graues extitere, ut in Aſia & Gallia multa millia Sanctorum Martyrio coronati ſunt, tandem Imperator apud opidum Vendebonam repentino morbo interijt. Eutrop. li. 10. Oro. li. 7. c. 15. Iul. capito.

MARTYRIVM PERTVLERE.

Polycarpus. S. Ioannis apoſtoli diſcipulus uir doctiſſ. Omyrne ciuitatis Epiſcopus, et totius minoris aſię pater hac tempeſtate Romam ueniens, multos ab heretica prauitate uerbo, & exemplo ad ueram fidem reduxit & conuertit, tandem martirio ſubijcitur.

Victor.

Gayus.

Fauſtinus.

Achacius cum decem millibus in armenia pro Chriſti nomine occidi iubentur.

Zenon patricius Ro. cum decē millibus et ducentis Martirium ſubijt.

Felicitas matrona Ro. cum ſeptem filijs martirium pertulit & plures alij.

Lucius anglorum Rex cum omnibus de toto regno Baptiſatus, & ab Eleutherio Ro. pon. in Chriſtianorum numerum receptus fuit, miſſis in angliā ſacerdotibus qui illis predicarent, Erant tunc in Anglia tres archiflamines et 25. flamines, quorum in locum Rex archiepiſcopos & Epiſcopos inſtituit, Eleutheriu inter hec, rebus diuinis intenden: noluit quemq̄ à ſuo gradu deijci, niſi eſſet accuſatus et conuictus, Saluatoris exemplo qui, errorem Iudę licet rei nondum tum conuicti, ita ęquo animo tulit ut quicquid interim egiſſet pro apoſtolatus dignitate ratū firmumq́; manſerit, hinc pax Eccleſijs reddita eſt, nomenq́; Chriſtianum per omnem terrā auctum, Tandem rex Lucius, nō tam regno q̄ omni mundi cultu relicto, Gallias predicande ueritatis cauſa petijt, Inde Germaniam acceſſit, & Bauari hoc doctore Chriſti fidem accepere, at Cū Sueuię urbem Auguſtam ingreſſus Chriſtum predicaret, populus quaſi nouam religionē peroſus, uirum lapidibus obrutum in puteum demiſit, Vnde, a Chriſtianis qui erant illic clam extractus, & ad Curienſem ciuitatem ductus ibi Martyr uitam finijt, Bergomen. li. 8. Naucle. genera. 6.

Contem

Theophilus, anthiochenæ eccleſiæ Epiſcopus plura hac tempeſtate uolu. contra hæreticos edidit, Apolinaris, Hieropolitanus Epiſcopus doctrina & ſanctitate clariſſi.
Mileto Sardien. epiſcopus doctiſſ.
Galienus medicus peritiſſ. qui ea facultate præter hypocraten omnes facile medicos ſuperare uidetur.
Trogus pompeius hiſtoricus.
Iuſtinus hiſtoricus ipſius diſcipulus
Maximus Tyrius orator.
Phauorinus philoſophus & orat.
Aulus Gellius Orator & Rhetor inſignis.
Ptolomeus rex Pheudenſis hiſtoricus, philoſophus, ac inſignis aſtrolog. qui plus aſtronomiæ addidit q̃ inuenit, Almegiſtum opus diuinum edidit & plura alia uolu. cuius inter cetera hæc fuere diuerbia, Qui non curat in cuius manu ſit mundus, hic mundo altior eſt, qui per alios non corrigitur, ne alij per eũ corrigentur, Quanto magis fini appropinquaueris, de tanto bonum cum augmento operare.

Ptolomei prouerbia.

Thaurus Berithus philoſophus doctiſſ. Aul. Gel preceptor, cuius memoranda hæc fuit ſententia, In publico mos populi, ſed in priuato iũs naturæ gentiumq; ſeruetur.

Thauri philoſophia ſententia.

HAERETICI.

Valentinus a quo Valetiniani, hi Chriſtum in noſtræ carnis ſubſtantia natum eſſe negabant.

Cerdon duos deos poſuit, unum bonum qui non punit, alterum malum qui punit, Chriſtum uerum hominẽ & uere paſſum negabat, erat enim diſſimulans & doloſus hæreticus, qui aliquãdo errores ſuos agnoſcens, pœnitẽs, atq; confitens, aliquando rurſum oculte, interdum publice impietatem ſuam prodens, conuictus tandem de hæreſi a communione Chriſtifidelium eijcitur. Irene. li. 3. c. 4. Euſe. li, 4. c. 11. Naucle. Pau. Conſtã. Alfon. ti. de deo, hæreſi prima. Hoc idem Marcion ſentiebat eius diſcipulus de quo Euſeb. loco memorato, Tertul. Pau. Conſtan. Alfon. Fuere tũ alij ea tẽpeſtate hæretici, uidelicet Põticus, Sirenus, Florinus, Blaſco, de quibus apud Naucle. genera. 6. Euſe. li. 4. c. 11.

Marcion. Hereticus.

Tatianus S. Iuſtini martyris diſcipulus, is in Græcia fuit doctiſſ. inter Chriſtianos, & poſt preceptoris ſui martyrium ab Eccleſia defecit, nouoſq; & inauditos docendi modos excogitauit, tumiditate & arrogantia ductus, proprium maluit quam eccleſiæ & preceptoris ſequi ſenſum, Vnde ſucceſſiue in diuerſos lapſus fuit errores & hereſes, nuptias damnabat eaſq; fornicationi ſimiles iudicabat, carnes abominabatur, ex quatuor Euãgelijs unum componebat, quod diateſſeron appellauit, reliquit autem poſt ſe numerum librorum infinitum, Euſeb. lib. 4. cap. 29. Irene. lib. 1. cap. 30. Naucle. genera. ſexta. Alfon. tit. de Adam & Eua, hereſi prima.

Carpocrates, Chriſtum ex Maria, de Ioſeph ſemine natum docebat. Tertul. Pau. Conſtan. Alfon. tit. de Chriſto, hereſi prima.

Quinta Eccleſie perſequutio ſub Seuero Imperatore.

SEVERVS IMPERATOR.

ANno a natiuitate domini 195, Imperare cepit, rexit annis. 18. Vir quidem omnium qui ante eum fuere bellicoſiſſ. acer ingenio, & ad omnia que intẽdebat uſq; ad finem perſeuerabat, ad acquirendum diligens, ad largiendum liberalis, in amicos inimicoſq; uehemens pariter, fuit itaq; præter bellicam gloriam etiam ciuilibus ſtudijs clarus, & latinis literis adprime doctus, philoſophiæ & Græcarũ literarum eruditus, punica eloquentia promptior, Is tandem poſt Neronem quinta Chriſtianos excruciauit perſequutione, plurimiq; ſanctorum per diuerſas prouincias martyrio ſubijciuntur, & ipſe demũ

maximis

maximis doloribus preſſus miſerabiliter occubuit, Eutropius. lib. 10. Spartia. in Seue. Iul. Capito. in albi. Oro. Naucle.

CHRISTIANI PASSI.

Ireneus Lugdunen. Epiſcopus uir doctiſſ. & grandæuus beati Polycarpi diſcipulus, plura egregia ſcripſit uolu. contra hereſes, qui hac ſeuiente perſequutione cum omni ferme ſuæ ciuitatis populo occidi iubetur.

Leonides Alexandrinus magni Origenis pater, quem idem Origenes puer annorum octo ſubſequi decreuerat, niſi per matrem impeditus, Euſe. lib. 6. cap. 2. Oro. li. 7.

Sepherinus Ro. pon. Vir miræ ſanctitatis, diuinis magis quàm humanis rebus ſemper intentus, ſtatuit inter alia ut dominici corporis & ſanguinis conſecratio in uaſe uitreo non ligneo, ut antea introductum erat, fieret, quem tunc morem pro cõmoditate & reuerẽtia ſacroſancti myſterij Vrbanus pontifex, in Concilio uniuerſali, in uaſa & calices argenteos & deauratos transmutauit, demum Sepherinus martyrio coronatur. Euſeb. lib. 5. cap. 18. Naucle. genera. 7. Bergomen. li. 8.

De quo in e. Vaſa, de conſe. diſ. prima.

COETANEI.

Clemens Alexandrinus presbyter uir eruditiſſ.

Symachus doctor, diuinarum literarum cognitiſſ. plura uolumina ex hebræo in græcum tranſtulit.

Apolonius Stoicus Seueri Imperatoris preceptor.

Frontonius Orator.

Tertullianus Carthaginen. Eccleſiæ Affricanæ presbyter, uir doctrina inſignis, tandem clericorum Romæ quorundam Iniurijs laceſſitus ad montanam hereſim defecit, Bergomen. lib. 8.

Iulius pollux rhetor & grãmatic.

HERETICI.

MONTANVS hereſiarcha peſſimus, natione phrygius paracletum ſe nominabat & multos ſeduxit, Priſcam & Maximillam claras mulieres infatuauit, ut relictis uiris, ſecum publice deambularent,

 eaſq;

eaſq; propbetiſſas nominabat, ac nuptias ſolui docebat, Euſeb.li.5.c.14. Tertul. Pau. Conſtã. Naucle. genera. 7. Alſon.ti.de nuptijs hereſi.2.

Inde Cataphrigæ hæretici deſcendere, qui donum ſpiritusſancti non in Apoſtolos ſed in ſe traditum predicabant, Bergomen.li.8. Alſon.ti.de nuptijs hereſi.2.

Appelles, in Græcia ortum duxit, is deum quem coleret ignorare dicebat, Et Chriſtum non Deum, ſed hominem in fantaſia hominibus apparuiſſe docebat, Bergomẽ.li.8. Alſon.tit.de Chriſto hereſi.2.

Attemon, hic maxime ſcripturas corruperat, aſſerebat Chriſtum purum hominem fuiſſe non Deum, quem poſtea errorem Paulus Samaſatenus amplexus eſt. Quæ inquam hereſis primũ a Theodoto Bizantino Coriario traxit initium, qui poſtea a uictore Ro.pon.a communione eccleſiæ deiectus eſt, cui duo etiã diſcipuli erant collectarij, Aſclepiodotus & Theodotus, qui ſucceſſiue Natalẽ fidei confeſſorem deceperunt, cuius hyſtoriç Euſeb.li.5.ca.28. meminit dicens. Igitur commonebo uos fratres de his quæ geſta ſunt apud nos, quæ ſi forte in Sodomis accidiſſent, etiam illos emendare & corrigere potuiſſent, Confeſſor apud nos erat Natalis nomine, noſtra adhuc cõfeſſ⁹ memoria, hic ab Aſclepiadoto, & Theodoto decept⁹, ut accepto ab eis ſalario uidelicet.150.denarijs menſtruæ prçſtationis ſe Epiſcopum ſuæ factionis ſeu hereſis nominaret, Quiq; Natalis, cum ſe in hoc deceptus locaſſet, frequẽter amonebatur in ſomnis a domino, quia miſericors Deus & dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ nolebat martyrem ſuum, qui ſibi in multis paſſionibus teſtis extiterat, de eccleſia perdere, ſed cum negligentius uiſiones ſuſciperet primatus amore, & turpis lucri deuictus illecebra, ad ultimum a ſanctis angelis per totam noctem uer-

Verba Euſebij

Natalis hereticorũ Epiſcopus conductitius.

beratus

beratus, & pœnis grauibus diſcrutiat⁹, mane ſurgens cilicio ſe induit, cinere conſpergit, ac multis lachrymis errorem ſuum deflens ante pedes Sepherini Ro. po. ſe proſternit, et ueſtigijs omnium, non modo clericorum, ſed & laicorũ multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas et lamentationes omnem prouocauit eccleſiam, ut indulgentiam ſibi a Chriſto precibus implorarent, oſtendente ſimul in conſpectu omnium liuores corporis eius & cicatrices, quas pro nominis ipſius confeſſione ſuſceperat, uix aliquando in communionẽ corporis eccleſiæ reuocatus eſt, Euſe. li. 5. c. 28. Naucle. genera. 7. *Pœnitẽdi confitendiq; modus apud ueteres.*

Sexta Eccleſie perſequutio
ſub Maximiano Imperatore.

MAXIMIANVS IMPERATOR.

ANno domini. 237. Imperio ſucceſſit, imperauit annis tribus, Verum eodem anno quo & Chriſtianos perſequi cæpit, excitata ſeditione inter ſuos, cum filio occiſus eſt, ſepulchra eorum nulla, ſed in fluentem cadauera eorum miſſa. & in Campo Marcio, exultante populo, exuſta ſunt, Herodia. Iul. capito. & poſt eos Naucle. genera. 9. *Maximianus à ſuis occiſus.*

MARTYRIO SVBIICIVNTVR.

Tiburtius.	Simplicius.
Felix.	Cecilia & alij innumeri.

CONTEMPORANEI.

Origenes Magnus, Leonidis Martyris filius, Theologorum omnium ſui temporis princeps, teſtante Porphirio, quod omnia Platonis ſecreta aſſequutus fuerit Vir itaq; uerbo & opere clarus erat, Plutarchum deniq; ad fidē conuertit, hereſes extirpauit, pluraq; uolu. edidit.

Porphirius Athenien. philoſophus Chriſtiani nominis pſequutor, ſcripſitq; yſagogas ad Ariſto. predicamenta.

Domitius Vulpianus Iurecon.

Paulus patauinus Legiſta.

Fabius Sabinus, Aelius acordianus Alphenus, Africanus, hermogenes, Triphonius, Celſus, Proculus, omnes Iureconſul. & Papiniani diſcipuli.

Iulius frontinus hiſtoricus.

Pomponius Letus hiſto.

Catilius Seuerus.

Quintilius Catis et Marcellius Iureconſul.

HERETICI.

Helcheſaitæ, hi quædam de Scripturis ſacris refutant, & rurſum utuntur teſtimonijs noui & ueteris teſtamenti, Paulum Apoſtolum ex integro reſpuunt, nec imputet ſi quis in perſequutionibus negauerit dūmodo tamen corde perſeueret, Librum quoq; circumferebāt quē de Cœlo lapſum iactitabant, cuius uerba ſi quis audierit remiſſionem peccatorum accipiat, Euſe. li. 6. c. 28. Nauc. genera. 8. quā poſtea hereſim Origenes ſuppreſſit, Pau. Conſtan.

Quam piū & ſanctum Origenis iudicium

Berillus in Arabia Epiſcopus, Aſſerebat Chriſtum neq; extitiſſe ante carnis natiuitatem, neq; propriam deitatis habere ſubſtantiam, Sed hoc ſolum quod paterna in eo deitas habitaret, Tandem Origenes in conflictum uocatus diſputando abijcere, & reſpuere maleconceptum ſuaſit errorem, & redire ad fidem ueram ſanamq; doctrinam, ſicq; errorem ab eccleſia depulit, emendaretq; non perderet erroris auctorem, Euſe. li. 6. c. 24. Naucle. genera. 8.

Septima

Septima Eccleſie perſequutio Sub Decio Imperatore.

DECIVS IMPERATOR.

ANno Domini.251. Imperare cepit, rexit annis tribus (quo circa multum diſcrepant Chrono. utcũq; tamen peſſimus fuit Tyrannus) qui cum fuiſſet Cæſar declaratus, Philippum anteceſſorem ſuum Chriſtianũ Imperatorem doloſe occidit, & ipſius in odium ſeptimam in Chriſtianos mouit perſequutionem, Demum, dum contra Aemilianũ in Moeſia exercitũ parat, occiditur, Blon. Fla. li. 7. Alij referunt quod in Gurgite paludis ſubmerſus ſit ita, ut nec cadauer eius inueniri potuit, Eutro. li. 7. Paul. Conſtan. Naucle. genera. 9.

Decius in palude ſubmerſus eſt.

MARTYRIO CORONATI.

Laurentius Leuita.	*Hipolitus patricius.*
Sixtus Ro. pon. cum ſex alijs diaconibus.	*Ro. Ceſaris uicarius.*
	Parentius.
Fabianus.	*Concordia, & alij innumerabiles.*
Romanus.	

COETANEI.

Dionyſius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus uir doctiſſ. Origenis diſcipulus.

Armenius philoſophus peritiſſ.

HERETICVS.

Nouatus Ro. eccleſiæ presbyter Cardinalis, per Sciſma a quibuſdam ſibi adherentibus factus eſt Papa, Imo Antipapa, Sed cum complicibus ſuis ſtatim deiectus, hic aſſeruit lapſis poſt Baptiſmum non eſſe locum ueniæ per quantamcumq; pœnitentiam, Vnde Nouatiani, qui alio nomine καθαρούσ hoc eſt mundos ſe appellabant propter

Primum fuit Sciſma in Eccleſia.

mundi-

munditiam quam ſuperbiſſime iactitabant, primas etiam nuptias admittebant, Secundas uero damnabant, tandẽ Romæ per Concilium heresis illa fuit exploſa, Euſe. li. 6. c. 34. Naucle. genera. 9. Alfon. tit. de nuptijs. hereſi. 2.

Octaua Eccleſie perſequutio Sub Valeriano Imperatore.

VALERIANVS IMPERATOR.

ANno Domini. 256. Imperio ſucceſſit, Imperauit annis 14. Is in Rhetia, & Norico agens, ab exercitu Imperator creatus, & mox auguſtus factus, qui primũ ſatis uictorioſus erat, poſtq̃ autem Chriſtianos perſequi cœperat omnia ſibi aduerſa ſucceſſere, Nam in Meſopotamia bellum gerens, ſtatim a Sapore Rege Perſarum capitur, & catenatus ut canis, quacũq; Barbarus Rex iter faceret ducebatur, eoq; perfunctus officio q̃ diu uiuebat, ſemper accliuis humi Regem in equum aſcenſurum dorſo attollebat, ea itaq; ignominioſa ſeruitute cõſenuit, Blõ. Fla. li. 7. Poli. Oro. Põpo. Eutro. li. 10. Naucle. genera. 9.

Valeriani malus ſucceſſus.

CHRISTI TESTES.

Philippus alexãdrinus Epiſcopus.
Stephanus.
Lucius.
Prothus.
Iacinthus.
Cyprianus Carthaginen. epiſcopus doctor inſignis eccleſiæ multũ profuit ſcribendo, uerbo & exemplo, pluraq; uolu. edidit.
Pontius Cypriani preſbyter ſanctitate & doctrina clariſſ. & alij infiniti ſunt interfecti, fuſo, per omnem Rom. Imperij latitudinem ſanctorum ſanguine, Eutrop. li. 10.

CONTEMPORANEI.

Grego-

Gregorius Ceſarienſis Epiſcopus uir ſanctus & doctus.
Cecilius presbyter inſigni doctrina & ſanctimonia, cuius ductu, Cyprianus ad fidem conuerſus.
Marcion alias Malachio Anthiochenæ eccleſiæ preſbyter uir diſertiſſ. contra Paulum Samaſatenum multa ſcripſit.

HAERETICI.

Sabellius, Is negabat Chriſtum filiū Dei patris, nec primogenitum omnis creaturæ, ſimul & ſpiritusſancti auferens intellectum, etiam patrem & filium eandem eſſe perſonam ſimulq; paſſos docuit, Euſeb. li. 7. cap. 4. & 5. Naucle. genera. 9. Paul. Conſtan. Alſon. tit. de Deo hereſi. 5.

Paulus Samoſatenus Epiſcopus Anthiocenus, in hereſim lapſus, filium Dei de cœlis deſcendiſſe negabat imo, a Maria in terris inicium ſumpſiſſe docuit, etiam ipſam diuam uirginem poſt Chriſtum, alios de Ioſeph filios concepiſſe, tandem per Concilium Anthiochenum damnatus fuit, Euſeb. li. 7. c. 26. Bergomen. lib. 8. Paul. Conſtan. Alſon. tit. de Chriſto, hereſi prima.

Nona Eccleſie perſequutio
ſub Aureliano Imperatore.

AVRELIANVS IMPERATOR.

ANno domini. 276. Imperare cepit, Imperauit annis quinq;, menſibus ſex, Vir quidem ab inicio bonus erat. Paulūq; Samoſatenum (ut a patribus orthodoxis communione fidelium priuabatur & abire nollet) ui publica expelli mandauit, non enim tum malis conſilijs deprauatus erat, Sed ſucceſſu temporis animum mutauit & nonam in Chriſtianos perſequutionum fieri decreuit

Tandem militari tumultu a ſuis occiſus eſt, Eutrop.li.9. Blon.Fla.li.7.Fla.Vopiſ.Oro.li.7.cap.24. Caſſ. Pompo.Pau. Conſtan. Ferunt tamen quidem eum fulmine e cælo tacto perijſſe, Bergomen. lib.8. Cuius etiam auream ad tribunos ſuos epiſtolam Naucle.genera.10.recitat quam ob ſynceram eius energiam ſubinſerere libuit.

Verba hæc ſunt.

Aurea ad tribunos Aureliani epiſtola.

Si uis tribunus eſſe, imo ſi uis uiuere, manus militum contine, Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, uuam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſalem, lignum, nemo exigat, annona ſua contentus ſit, de præda hoſtis non de lachrymis prouincialium diteſcat, arma ſint terſa, calciamenta fortia, ueſtis noua ueterem excludat, Stipendium in Baltheo non in pompa habeat, torquem, armillas, & annulum deponat, equum ſaginarium ſuum defricet, alter alteri quaſi ſeruus obſequatur, a medicis gratis curentur, haruſpicibus nihil dent in hoſpitijs caſte ſe habeant, qui litem fecerit uapuletur.

MARTYRIVM SVBIERE.

Valentinus.
Iulianus.
Quirinus.
Theodora.
Dorotheus Græce & Hebraice doctiſſ. Euſebius noſter Cæſarien. tunc adoleſcentulus eius auditor fuit.
Ammianus hyſtoricus.
Herodianus.
Vulgatius Gallicanus.
Helius Spartianus.
Iulius Capitolinus.
Victorinus pictauienſis Epiſcopus in diuerſos ſacros Codices commentaria edidit, demum pro Chriſto occidi iubetur, & infiniti alij.
Flauius Vopiſcus.
Trebellius pollio.
Helius Lampridius, omnes hyſtorici, & ea tempeſtate maximo in precio habiti, qui tandem Diocletiano ſuſcepto Imperio omnes ſcribere deſierunt.

Hæretiſ

Manes (unde & Manichei deſcenderunt) natione Perſa, uita & moribus Barbarus fuit, tam acer ingenio ut inſanire uel demone adimpleri uideretur, demoniſq; inſtinctu agitatus omnibus inuiſam & execrabilem hereſim docuit, Chriſtum ſe eſſe mentitus eſt, Etiam ſe paracletũ eſſe ſepius aſſerebat, elatus itaq; hac inſania ad ſimilitudinem Chriſti duodecim apoſtolos eligens ad predicandum mittebat, dogmata ſtulta & impia a diuerſis hæreticis, qui iam prius extincti fuerant, mutuata diſſeminabat, & noſtro orbi Perſica uenena propinabat, quæ hereſis ualde eccleſiam infeſtauit, & longo tempore durans plures infecit prouincias, ab eo enim numeroſa hæreticorum progreſſa eſt colluuies, & multi hæretici ſub hac hereſi militarunt, quamuis alijs nominibus appellati ſint, uidelicet Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Decarditæ, Teſſalitæ, Borborite, Taſcodrogite, Ophite &c. De quibus etiam in l. cognouimus & l. Quoniam C. de hære. & Manich. Et Euſeb. lib. 7. cap. 27. Bergomeñ. lib. 8. Naucle. genera. 10. Paul. Conſtan. Alfon. tit. de anima hereſi. 3. Quorum pena fuit, pellendi eos de ciuitatibus, & ultimo ſupplicio tradẽdi, nihilq; loci eis relinquendi, in quo etiam ipſis elementis fieret iniuria. l. Arriani, C. de hære. & Manich. *Pœna hæreticorum.*

Decima Eccleſie perſequutio ſub Diocletiano in Oriente, & Maximiano in occidente Imperatoribus.

ANno a natiuitate domini 286. Diocletian⁹ Imperio ſucceſſit, & Maximianum in conſortem regni delegit, rexeruntq; annis circiter uiginti. Diocletianus, itaque bonis ſucceſſibus elatus, ſe ũt DEVM ab-

 omnib.

ōmnibus adorari & ſalutari uoluit, primuſq; gemmas ue ſtibus & calciamentis inſeri fecit, cum pleriq; omnes ante eum Imperatores in habitu iudicum incedebant, & chlamide purpurea tantum induebantur. Tandem decimo Imperij anno ſeuiſſimam & crudeliſſ. in Chriſtianos ceperunt exercere tyrannidem, per ſequentes decem annos integros, qua nunq; terribilior ac immanior cognita fuit.

Diocletianus ueneno interijt. Diocletiano demum furore diabolico feſſo, atq; ſatiato ad priuatum uitæ ſtatum ſecedens, terrore quorundam perculſus, uenenum hauſit.

Maximianus (ut Euſeb. & Bergomen. referunt) omnium malorum huiuſmodi auctor fuit, tandem ipſe profugus etiam diuinam ſenſit ultionem, nam ſubito inflatis uiſceribus, ſcatentibus undiq; uermibus, repletus fetoribus, ut neutiq; ferri poterat, ſe hominem cogitabat pœnitentia ductus, Edictum contra Chriſtianos reuocauit, eoſq; ſuis legibus ambulare permittens, uerum, hoc nihil profuit ſicut nec Antiocho, cum ui omnia fierent, imo grauiſſimis interea morbis diu cruciatus miſerabiliter ui*Maximianus laqueo ſuſpenſus.* tam finijt, Oro, li. 7. ca. 28. Euſeb. lib. 8. ca. 18. & ſequen. Pompo. let. Paul. Conſtan. & ut Naucle. refert genera. undecima a Conſtantino Maſiliæ captus laqueo ſuſpen*Maxentius in Tiberi merſus* ſus fuit, & Maxentius tyrannus, eiuſdem Maximiani filius, ab eodem Conſtantino in tyberi fluuio dimerſus eſt Bergomen. li. 8.

Et pro ſaniori iſtius perſequutionis cognitione, iuuat hic quedam ex Euſe. (cuius etiam temporibus hæc geſta ſunt) prẽmittere, quod uidelicet ante perſequutionẽ illã mirabiliter per uniuerſum mundum Chriſti Euangelium, & pietatis doctrina magnis irradiarit fulgoribus, &
Ezech. 16. ut propheta meminit, Multiplicata erat eccleſia quaſi germen agri, & dedit dominus coronam decoris in capite

ſuo

ſuo, & ornata fuit auro & argento, & decora facta eſt ue-
hementer nimis,et profecit in regnum,& egreſſum eſt no
men eius in gẽtes propter ſpeciem ſuam Adeo,quod pul-
chritudinem & ipſius amplitudinem dinumerare nemo Euſe.li 8.c.1.
poterat,cum in diebus feſtis,innumeras populorũ cater-
uas per diuerſas eccleſias confluere,domus orationum di-
latari,quod nec antiqua receptacula ſufficere cernebãtur,
Sicq; in omne tempus eccleſiarum ſtatus proſperioribus
augebatur incrementis , Nulla tunc occurrebat inuidia,
Nulla ſuccedebat dominandi libido,Nulla deniq; ſuccre-
uerat ambitio,Niſi, humilitatis,manſuetudinis,patiẽtiæ,
ſpei, charitatis, omniumq; uirtutum inualeſcebat augmẽ
tum,Verũ,ubi tandem ex multa libertate, nimiaq; indul-
gẽtia, & magna temperalium proſperitate mores uiciari,
diſciplinam corrumpi,terrenarum cupiditatem ſequi,de-
umq; factorem ſuum obliuiſci cæperunt,& permaxime
Eccleſiaſtici,quorũ tandem peruerſitatem diuina iuſticia Vide Naucle.
hac perſequutione frenare , turpem & effeminatam uitã bic genera. 11.
atq; laſciuiam tergere, dum ſimulationem in uultu , dolũ
in corde,fallaciam in uerbis cerneret, quiq; liuore , ſuper-
bia inter ſe certantes, tyrannidem potius q̃ ſacerdotiũ ſa-
pere uidebantur, diuina myſteria prophanãtes,potius q̃
celebrantes, malo animo accedentes,peiore diſcedentes,
Imo non ouem ſed lanam querentes, O bone deus utinã
& hęc noſtris non concederent ſeculis penes quorundam
eccleſiaſticorum turbam, ne & eadẽ pena,& afflictio nos
ſimul remoraretur,quæ & illis preſentanea imminebat,
Summa nanq; malorum (inquit Euſe.) tunc nobis affuit
omnium,Templa quidem & domus orationum ac eccle-
ſię dei uiui ad ſolum dirimebantur,imo ab ipſis fundamẽ
tis eruebantur, diuinæ ſcripturæ in medio platearum cõ-
cremabant̃,Ita quod hæc perſequutio,omnibus fere actis

 diutur-

diuturnior, & immanior fuit, Nam per decem annos incē
dijs eccleſiarum, proſcriptionibus innocentum, cædibus
martyrum inceſſabiliter acta eſt, cū mulieribus uiros, cū
paruulis ſenes, cum ciuibus ciuitates, iniecto igne concre
mari, & ſi qua noua ſuppliciorum genera excogitare po-
terant liberum inferre habebant nephandiſſimorum prin
cipum edicto, alij flagris diſcerpuntur, alij ungulis fodiū-
tur, alij flammis exuruntur, alij ferro trucidantur, alij pa-
tibulo affiguntur, alij in mare precipitantur, alij manibus
poſt terga uinctis ſuſpenduntur, alij candenti ferro inurū
tur, alij trocleis diſtenti membratim diuelluntur, alij ad
eradationem cutis lacerātur, alij plumbo igne liquefacto
dorſo difunduntur, alij beſtijs ſubijciuntur, leonibus, ur-
ſis, pardis, apris, & omni ferarum generi, Ipſi ſacerdotes
nudati ab impijs trahuntur, plectuntur, proh nephas,
quæ homicidis, furibus, latronibus, adulteris, ſacrilegis,
& ſepulchrorum uiolatoribus tormenta fuerant fabrica-
ta, nunc Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, cę-
terorumq; religioſorum colla conſtringunt ita, ut crimi-
noſis, nec uincula ſupererant, nec locus ergaſtuli. Mulie-
res itidem nudas, compoſitis machinis, uno pede in excel-
ſum ſuſpenſas & capite in terram demerſas pendere ſine-
bant, alias ſicubi uicinæ duę arbores inueniebant ui qua-
dam ab utraq; inflexis contra ſe ramis, eiſq; ſingulis, ſingu
los pedes Martyrum obligatos, ſubito ramos quos ui in-
flexerant relaxabant, diſcerptis, deſpicatiſq; uiſceribus di
uulſa ſecum membra rapiebant, non per paucos dies, ſed
per annos aliquot quotidie, ut intra unum menſem .17.
millia martyrum interiere, Adeo, ut Euſeb. ipſe ſe uidiſſe
teſtatur feſſos ſedere carnifices, uires reſumere, animos re
parare, tormenta mutare, gladios reficere, deniq; nec in-
fans a Martyrum conſortio potuit deterreri, Et dū quiq;
interea

Quā horrida & imania mulierum christianarū ſuplicia.

Interea paterentur, & iugularentur, reliqui non deſidiæ, aut torpori animos indulgebant, ſed pſallentes & hymnos deo canentes, locum quiſq; ſui Martirij expectabat, ut hæc agentes etiam extremos ſpiritus in Dei laudibus exhalarent, plurimi etiam ſuper craticulas prunis ſuppoſitis torrebantur, Nonnulli cum ad ſacrificandum quererentur, ſacrilegam polutionem uitantes, pręcipitio uitam finierunt, minore quidem tollerantiæ fiducia, ſed conſeruandæ fidei maiori cautela, In quibus admirabilis quædam & ueneranda fœmina, pulchritudine pariter & pudicitia decora, genere nobilis, & copioſa facultatibus, cui erant duæ filiæ uirgines ſatis honeſtæ, & ad maternæ pudicitiæ regulam nutritæ, ſpecie ſimul & moribus ęmula ſibi probitate certantes, quas religioſa mater ſecundum precepta diuina in timore domini educauerat, eaſq; ita ſceleſti milites querebant, & Antiochiam uenire iubent, Cumq; perurgentibus militibus, uehiculo impoſitæ iter agerent, talibus religioſa & pudica mater ad filias utitur uerbis, Scitis quod a paruulis Deus uobis pater, Deus nutritor, Deus inſtitutor extiterit, & quod pudicitiæ & caſtitatis bonum ita mecum pariter dilexiſtis, ut nec oculus quidem ueſter nunq̃ (ſicut uobis conſcia ſum) laſciuiore fuerit maculatus aſpectu, quid igitur nunc agimus, uidetis quod iſta omnis turba, aut a DEO nos ſtudet, aut a pudicitia ſeparare, proſtituẽtur ergo publicis lupanaribus membra, quæ aer ipſe publicus pene habuit incognita, Ne queſo filiæ quia nec tam parua nobis in DEO fides eſt, ut mortem pertimeſcamus, nec tam deſpecta pudicitia ut uiuere etiam cum turpitudine cupiamus, Quin potius ſi placet quod in omnibus tenetis, etiam matris in hoc ſequimini exemplum, præueniamus impuras carnificum manus, &

Mater cũ duabus filiabus caſtitatis amore, in flamẽ ſe pręcipitarunt.

Verba matris ad filias.

impudi-

impudicorũ pretipſamus incurſus,mundumq̧ hunc qui, nos ad impuram et impudicam compellet uitam,pura & pudica morte damnemus, Cumq̧ pia mater talibus adhortationibus filias ad ſimile propoſitum uideret accenſas,ad fluuium quendam in itinere uenerunt, ubi cum ſe humanæ neceſſitatis cauſa deſcẽdiſſe ſimulaſſent,paululũ cuſtodes naturali cogente reuerentia ſeceſſiſſent,adductis diligentius hincinde ueſtibus,minacis ſe fluuij rapidis inijecerunt fluentis, Sed & aliæ duæ uirgines per omnia inſignes,genere nobiles,uita mirabiles,primę adhuc ætatis ſpecie pulchrę, Sed anima pulchriores,moribus ornatiſſ. ſtudijs adprime probabiles, non ferentes uiolari publicis edictis ac legibus caſtitatem, marinis ſe fluctibus dimerſere, Etiam Sophronia Ro. urbis prefecti uxor uenuſtiſſ. miſſis ab Imperatore ſtuprorum miniſtris, Quæ dum ad ſe duci iuberetur, uir altius ingemiſcens & quid faciemus inquit,ante'ne anima ponẽda? Tum illa his qui miſſi erãt expectate, ait, paululũ donec compoſita ut decet ornataq̧ procedam,dehinc cubiculum ingreſſa,cum prius defixis genibus oraſſet tanq̧ pudicitiã immolatura, pectus ac uiſcera correpto mucrone perforabat. Alia quoq̧ inaudita & crudeliora tormentorum genera Sancti Chriſti martyres nobiles, & ignobiles, uiri & mulieres una cum pueris perpeſſi ſunt a Diocleciano in oriente & Maximiano in occidente,uſq̧ adeo quod diuerſę prouincię in Africa,Siria,Paleſtina,Mauritania,Thebaida,Egipto,Tyro, Pontho,Phrigia,Phœnice,Antiochia,Alexãdria,et pleręq̧ alię regiões & loca hominibus exagerata, & euacuata,Quo tandem urbibus deſolatis, ruribus cultore nudatis, liberis parentibus orbatis, non humanitatis ratione, ſed nimia crudelitate feſſi, & ſaciati parum ſe impijſſimi tyranni ad clementiã cõuertunt publico ſanciẽtes edicto, ut de

Duæ uirgines in mare proſilierunt caſtitatis amore.

De qua Nauc. generà. II.

ut de cætero Chriſtianorum genus non ſubirent interitū, ſed omnes dextris oculis effoſſis, ſiniſtroq; poplite cauterio aduſto, ac debilitato in æris ferriq; metalla uel operis ſtatuunt deportandos, quouſq; Conſtantinus Magnus Imperio ſucceſſit, qui Tropheo S. Crucis omnes tyrannos deuicit & domuit, tunc cepit eccleſia iterum pacificari, reſtaurari, floreſcere et multiplicari Euſe. Naucle.

INTER PRAECIPVOS PASSI SVNT.

Vitus.	Catharina.
Sebaſtianus.	Barbara.
Georgius.	Dorothea.
Florianus.	Agnes.
Chriſtophorus.	Lucia.
Vincentius.	Anaſtaſia.
Mauricius cum ſacra	Afra, Hilaria &c.
Thebeorum legione.	Iuliana.
Eraſmus.	Euſemia.
Ciriacus.	Theodoſia cū alijs infinitis

CONTEMPORANEI.

Euſebius Cæſarien. Epiſcopus hiſtoricus celeber. qui preſentem perſequutionem ipſe uidit & lamentabiliter deſcripſit, poſtea, Conſtantino magno, multa beneuolentia coniunctus fuit.

Coſmas & Damianus medici clariſſimi, & Martyres.

Iacobus ſapiens epiſcopus doctiſſ.

Arnobius Aphricanus, orator diſertiſſimus.

Lactantius firmianus eius diſcipulus, Philoſophus. Orator & Poeta. Inſignis.

Lucianus preſbiter Theolo. & martyr.

Pamphilus preſbyter, Theologus eminentiſſ.

Vndecima Eccleſie perſe-
quutio ſub Conſtantio II. Imperato-
re, Arriano.

COnſtantius II. Imperator anno 344. Imperare cepit, rexitq́ꝫ annis. 24. Hunc Arrius, & Euſebius Nicomedieñ. ſua peſtifera hereſi infecerunt, ut fideles quoſq́ꝫ perſequeretur, & Athanaſium in exilium pelleret Ruffi. li. 10. ca. 17. & ſequen. Ammia. lib. 13. tandem febri acerrima, quam nimia indignatio excubijs, uigilijſq́ꝫ augebat, deceſſit. Eutrop. li. 11. Paul. Conſtan.

CONTEMPORANEI.

Paulus primus Heremita literarum grecæ & Aegyptiacæ erudítiſſ. qui cum 15. ætatis annum ageret, Valerij & Detij perſequutionibus commotus, relictis proprijs ad monium deſerta confugit &. 98. annis delituit interim orationibus, & ieiunijs uacans curſum con ſummauit.

S. Nicolaus Archiepiſcopus Liciæ apud Patras, nobiliſſ. ortus parentibus, uir iuſtitiaet ſanctitate & doctrina clarus.

Hilarius pictauien. Epiſcopus, omnium literarum cognitiſſ. ut ipſius egregia teſtantur uolu.

Iuuencus preſbyter, poe. Inſignis, Hiſpanus, quatuor Euangelia heroicis uerſibus explicauit.

Nazarius Rhetor.

Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, uir ſanctitate & doctrina celeber. graues ab Arrianis perſequutiones ſuſtinuit, & in ciſterna ſicca ſexennio deliteſcens, demum euaſit, nuſquàm tamen quietus, imo toto orbe profugus agebatur, nec terrebatur, ſed contra audentior ibat optimus Chriſti miles, orando, docendo, ſcribendo contra hæreticos uiriliter pugnabat. Euſeb. lib. 10. capit. 18. Bergomen. lib. 9. Naucle.

Serapion orator uir diſertiſſ.

Donatus Rhetor & grammaticus diui Hierony. preceptor, Romæ inſignis habitus, diuerſa cõmentaria edidit.

Genadius Orator.

HERETICI.

Arrius

Arrius Eccleſiæ Alexandrinæ presbyter, ſpecie magis ꝙ uirtute religioſus, ſed gloriæ, laudis, & nouitatis cupidus, negabat Chriſtum coæternum & ſubſtantialem patri, ſed creaturam eſſe, & ſpiritū ſanctum ab eo creatum prædicabat, quæ heresis periculoſior quia circa myſterium trinitatis, uniuerſalior quia plurimos inuoluit eccleſiaſticos & ſæculares, immanior quia diuturnior omnibus & totū pene orbem flāma eius irrepſit, Presbyteri & clerici in eccleſijs plectebantur, epiſcopi uincti ducebantur, profligebantur, & in exiliū mittebantur, orphanorū & uiduarū domi diripiebantur, uirgines carceribus mancipabantur & opprimebantur, reſiſtentiū uultus lacerabantur plurimi trucidabantur, eccleſiæ ſpoliabant̄ & incendebantur, Quæ itaqꝫ mala non ab externis, ethnicis, & paganis imo a proprijs & domeſticis acciderant, Alius aliū perſequebatur, & uterqꝫ de eccleſia erat, ara nuſqꝫ, nec ſacrificiū ſed p̄uaricatio, lapſus, & ruina multorū, ſimilis pœna, ſed diſſimilis uictoria, ſimul cruciabant̄, ſed nō glorificabātur, Sicqꝫ interim maxime dolebat, quaſi uidua, domina gentiū eccleſia, Euſe. li. 10. c. 21. Bergomeñ. li. 9. Naucle. genera 11. & 12. Miſerabiles itaqꝫ horū temporū in eccleſia, clades, tribulatiōes, & calamitates Euſe. Diffuſe cōplectitur in primis ſex libris hyſto. tripar. Quæ quidē heresis licet in primo uniuerſali cōcilio Niceno. 318 Sanctorū epiſcoporum, Iuſſu Conſtantini Magni anno. 324. celebrato exploſa, & cōdemnata fuit, Tamē uſqꝫ repullulabat, & centū ferme annis durabat, & ultra in peruerſorū quorūdam cordibus, Tandem Arrius diuina correptus ultiōe, Nam dum egreſſus ab Imperiali aula fuiſſet, & ad eccleſiam pergens, Epiſcoporum & populorū magna comitante caterua, per mediam tunc ciuitatem perſpicuus apparebat, Cumqꝫ ueniſſet iuxta locum qui Conſtantini

ſorum adpellabatur, ubi columna Porphiretica collocata eſt, terror eũ ſubito ex quodam conſcientiæ ſcrupulo ſtrinxit, & cum formidine ſequuta eſt uentris effuſio, percunctatuſq; an deceſſus eſſet in proximo & agnoſcẽs poſt Cõſtantini forum eſſe perrexit illuc, ubi cũ ſederet, inteſtina eius cum totis uiſceribus in ſeceſſus cuniculum defluxere, ita in tali loco dignam mortem, blaſphemia fœtida mẽte exoluit, Seceſſus uero, ubi talia geſta ſunt, in Cõſtantinopolitana urbe monſtrabatur, ſicut dixi poſt Conſtantini ſorum atq; macellum in porticu conſtitutum. Omneſq; tranſeũtes digito locum monſtrabant. Deteſtabilem Arrij recordantes interitum, Quem itaq; locum poſtea homo diues & quidem nequiſſ. Arrianæ hereſis, a publico comparare ſtuduit, & deſtruens quod erat, domum illuc conſtituit quatenus facti obliuio procederet, & per ſucceſſiones huiuſmodi memoria deperiret. Euſe. hiſto. eccl. li. 10. c. 13. Tripar. li. 3. c. 10. Naucle. bergomen.

Defuncto itaq; Arrio peſtilentiſſ. Beſtia, mox ab inferis caput extulit, & triceps ſiue triformis apparuit, adeo quod Sacerdotes & populi, qui ab eo seducti fuerant, Magiſtri uerẽtes diſciplinam, in tres ſectas ſcinduntur, quorũ præcipui fuere Aetius Sophiſta, Eunomius, Vir anima, & corpore Leproſus, & Macedonius. Euſe. li. 10. ca. 25. Naucle. genera 12. Alſon. tit de deo hereſi. 10.

Aetius hereticus, Is, filium Dei ex nullis extantibus creatũ, & factum, nec natũ aſſerebat, Euſe. Naucle. Pau. Conſtan. tandem ab imperatore in exilium damnatus, Iactitabat inter cætera ſe nihil prædicare quam quæ diuinitꝰ ſibi reuelata eſſent, quę etiã Chriſtus Apoſtolis celaſſet, Tripar. hiſto. li. 5. c. 24. Alſon. tit. de deo. Hereſi. 10.

Macedonius, Filiũ per oĩa æqualem patri. cõn. Arriũ, p̃dicabat, Spm̃ ſctm̃ cũ patre & filio nihil habere cõmune

Euſe.

Euſe.li.10.c.25.Naucle.genera. 12.Pau.Conſtan. Al-
fon.tit.de deo hereſi.10.

Eunomius,filiũ per omnia patri diſſimilem docebat, quia factura nullo genere ſimils eſſe poſſit factori, Euſeb. Naucle. Pau.Conſtan. Fuit autem Eunomius epiſcopus Cizenus.Tripar.hiſto,li.5.c.24.tandem aufugit quia re uocare nolebat, Alfon.

Donatus,Carthaginen. Eccleſię presbyter hereticus, cuius erroris cauſa & inicium fuit, quia Cecilianus, contra uoluntatem Donati fuerat in Epiſcopum Carthaginen. ordinatus, cui Donatus inuidens crimina imponebat, quæ contra Cecilianum probare non poterat,tãdem Donatus a iudicibus, qui rei cognitionẽ habuerũt,tanꝗ impoſtor fuit declaratus, Qui uſqꝫ ſuam falſitatem pertinaci diſſenſione firmare uolens,Sciſma in hereſim cõmutauit & ab Eccleſia ſe diuiſit,dicens, in ſola parte Donati eſſe eccleſiam,in aliis autem partibus quæ Ceciliano fauebant non eſſe eccleſiam,quia & ſi ibi aliqui boni eſſent,ex communione tamen malorum deprauarentur,& ita Eccleſia periret,adiunctis itaqꝫ ſibi eiuſdem factionis Epiſcopis, Maiorinum quendam apud Carthaginem epiſcopũ ordinauit & multos hac tempeſtate ſeduxit, & pene totã Africam,atqꝫ Iudeam dogmate ſuo peſtifero ſubuertit & decepit,Filium patre minorem affirmans, quoſqꝫ etiã ſuę farinæ rebaptiſandos decreuit,Bergomen.li.9. Alfon.ti. de Baptiſmo,hereſi.5. & diffuſius tit. de Eccleſia.

Duodecima Eccleſie perſequutio Sub Iuliano apoſtata Imperatore.

IVLIANVS IMPERATOR.

ANno a Natiuitate domini.363.Imperio ſucceſſit, Imperauit añis duobus,mẽſibus octo, Is ab ineũte

 ætate

ætate liberalibus ſtudijs & philoſophiæ operam dedit,& adprime doctus Chriſtianus,poſtea tonſus monachicam ſimulabat uitã,uir elatione tumidus & inflatus,nouitatis & inanis glorię cupidus,inconſtans,& doloſus,omnibus ſe parẽ preſtitit, Demum religionẽ mutabat,ſemetipſum gentilium pontificem nominabat, ſanguine expiatiõum baptiſma Chriſtianorum abluebat, idolis ſacrificabat, ab idolis reſponſa capiebat,Qui dum ſemel idolorum uatem conſuleret,num ad imperium deuenire poſſet,uates eum ad idolorum aditũ perducens, demones euocans,quibus ſolenniter aparẽtibus, Iulianus terrore perculſus, in frõte crucis ſignaculo ſe munijt,mox demões euanuerũt,quod agnoſcens uates Iulianum inculpauit, quo fiebat ut Iulianus poſtea crucẽ deteſtari cepit,exinde Cæſar factus, paganiſmum in omni ditione ſua dilatari, & Chriſtianiſmũ exterminari ſtuduit,Clericos & eccleſiarum preſules primo a ciuitatibus & eccleſijs ſuſpendebat,ut eorum abſentia paulatim ſolueret̃ eccleſia,& Chriſtianę religionis obliuiſci inciperetur,eiſq; omnia priuilegia,honores & conſuetudines ſubtraxit, ac leges ab Imperatore Cõſtantino pro eis poſitas abrogauit, Ipſoſq; in ſeruitutẽ redegit,epiſcopos in exilium compulit, cęteroſq; Chriſtianos magis blanditijs q̃ tormẽtis uiſus fuit expugnare,Quibus nihil proficiẽtibus illos excludebat,et Gallileos nominabat,bonaq; eis auferebat dicens,Quia Chriſtus eorum pauperes eos eſſe precepiſſet,Eccleſias quoq; ornamentis ſacris,pecunijs & alijs bõis ſpoliabat,epiſcopos Arrianos,per Cõſtantinum magnum cõdemnatos, ab exilio reuocabat,& mala queq; fouebat.hinc Viterbien.in Cronica ſua.

Clericus imperium ſuſcepit apoſtata Romæ
Cui Iulianus erat baptiſmatis ordine nomen
Ille ſcelus patriæ, prauos fouebat ubiq;.

Etiam

Etiam in Chriſtianorum odium Iudęis templũ Hie-
roſolimis reedificare conabatur, Verum, terrę motu & ig-
ne prohibitus fuit, Ruffi. li. 10. c. 38. & ſequen.

Nouiſſime quidem dum expeditioni contra Perſas, ſe
accingeret, Iulianus ueniens ad Cęſarien. partes, Tũc Ba
ſilius Magnus Capadociæ epiſcopus cum omni clero illi
obuiam proceſſit, cui Imperator, In philoſophia te uici o
Baſili, Qui reſpondit, utinam philoſophię incumberes, &
obtulit ei pro benedictione tres panes hordeaceos, cui ui-
ciſſim Imperator fœnum dari iuſſit dicens, hordeũ iumẽ-
torum pabulũ eſt, demus ei & fœnum, ad quod Baſilius,
dedimus tibi hominum cibos, tu uero brutorum paſtum
reddidiſti, indignatuſq; Iulianꝰ dixit, poſtq̃ reuerſus fue-
ro a Perſis ſubijciam te & ciuitatem tuam. Deſolabor ut

Minæ Iuliani ad Baſilium.

fiat magis fœnifera q̃ hominifera, Tunc ergo Baſilius ie-
iunium indixit triduanũ omni populo, ac in eccleſia bea-
tæ Mariæ uirginis preces deuotas fundebant, Demum,
cum Baſilius quietem caperet, uiſum eſt ſibi militẽ Mer-
curiũ martyrẽ (quẽ dudum Iulianus pro Chriſti nomine
interfecerat) iuſſu eiuſdem diuę uirginis Marię Iulianum
occidere, de hoc miratus Baſilius, martyris ſepulchrum
adijt, arma ibi ut prius pendentia nõ inuenit, licet cuſtos
illi, ueſperi arma adfuiſſe ſacramẽto firmaret, Tandẽ Ba-
ſilius & alij denuo ad ſepulchrũ reuerſi lanceam uiderunt
ſanguinolentam, Quibus, paulo poſt. Libanius queſtor
Iuliani, ſingula narrauit ueniſſe dicẽs, in excubijs quendã

Iuliani interitus.

ignotũ militem, qui ictu Iulianũ tranſuerberarit & mox
euanuiſſe, populo pro dei miſericordia gratias agẽte exul
tãte & clamãte, Iuliane fatue ubi ſunt uaticinia tua, uicit
deus & Chriſtus eius: Hic fuit uir egregius et rẽpub. inſig
niter moderaturus ſi ꝑ fata licuiſſet. hiſto. tripar. li. 6. ꝑ to.
Naucl. genera. 13. Eutro. li. 11. Pau. cõſtan. Ferũt etiã dũ
Iulia-

Iulianus ſe letaliter uulneratum uidiſſet, cruore manum compleuerit & in aerem proiecerit dicēs, Viciſti Gallilee viciſti. hiſto. tripar. li. 6. c. 47. Naucl. genera. 13. Caliſtus inter familiares Iuliani retulit eum a demone uulneratū, Naucl. loco, allegato. Cōcordant tamē omnes hoſtili manu ipſum interemptū. Oro. li. 7. c. 30. Ammia. li. 25. Pōpo. Qui tamē iuſtiſſimam manum intulit hactenus ignoratur, Alij quendam inuiſibilium uirtutum fuiſſe ferunt, ſed ſiue homo, ſiue angelus fuerit, palam eſt quod diuinis iuſſionibus miniſtrauit, Eutrop. li. 11. Vnde pie inferē dum et concludendū eſt, ut ſupra hiſto. tripar. & Naucle. de Mercurio recitant.

Ferūt nōnulli, Ipſum excoriatum fuiſſe. Iaco. marcellius.

MARTYRIVM PERTVLERE.

Ioannes & Paulus,
Blaſius.
Epimachus.
Euſebius Vercellen. epiſcopus uir doctiſſ.
Gordianus.
Mercurius & alij infiniti.

COETANEI.

Didymus Alexandrinus doctor inſignis.
Epiphanius doctor celeberr. multa aduerſus hereſes ſcripſit.
Gregorius Nazianzenus. Epiſcopus Diui hieronymi præceptor.
Baſilius Magnus Capadociæ epiſcopus uirtute, ſcientia & ſanctitate conſpicuus.
Cyrillus Hieroſolimitanus epiſcopus doctrina & religione clarus.
Apolinaris laodicenus Epiſcopus, plura edidit uolu.
Titus Botrenus epiſcopus doctiſſ.

HAERETICI.

Vigilantius presbyter & doctor, Natione Gallus, Vigilias, Ieiunia, caſtitatem, paupertatem & diuerſas uirtutes ac pia opera damnabat, Bergomen. li. 9. Alfon. tit. de Sanctis, hereſi prima.

Ioui

Iouinianus Monachus apoſtota, omnia peccata (ut Stoici philoſophi) paria eſſe uolebat, diuam uirginem Mariam pariendo corruptam fuiſſe, Abſtinentiæ, cibiq; delectus, uirginitatis, & matrimonij nullam eſſe differentiam, uirginitatis itaq; conſilium, iuxta Pauli doct .1. Corinthio.7. irritando Bergomeñ. lib.9. Alfon. tit. de cibo, hereſi.2. tit. de Maria uir. hereſi prima, & alijs.

Photinus Smyrneñ. Epiſcopus in hæreſim lapſus, Ebionitarum (de qua ſupra in ſecunda perſequutione) hereſim reſuſcitabat aſſerẽdo Chriſtum de Ioſeph ſemine eſſe natum, qui poſtea anno.374. a Valentiniano Imperatore expulſus fuit, Bergomeñ. lib. 9. hiſto. tripar. lib.5. cap.5. Alfon. tit. de Chriſto, hereſi prima.

Meſſaliani, hi Baptiſmatis gratiam negabant, & omnem uirtutem ſpiritus orationi tribuebant, labores manuum fugiebant, ſomno, inſomnijſq; tanq; prophetijs dediti, Tripar. hyſto. lib.7. c.11. Pau. Conſtan.

Luciferiani a lucifero Epiſcopo, & Apolinariſtæ hęretici tunc temporis Sectas introduxerunt, de quibus hyſto. Tripar. li.5. c.44. & li. 6. c.23. Naucl. genera.13.

Sub Archadio et Honorio Imperatoribus.

ARchadius cum Honorio fratre, Anno 407. cepit Imperate, rexeruntq; annis tredecim, Viri undiq; Chriſtianiſſ. & rempub. optime adminiſtrantes, diuerſis tamen periculis, & tumultibus quaſſati fuere, feliciter autem obiere, de quibus copioſe. Eutrop. li.13. Bergomen. lib.9. Caſſiodo. Pompo. & Procop. de Bello Perſico li.1.

CONTEMPORANEI.

Hieronymus S. Ro. Eccleſiæ, Cardinalis, preſbyter, ſanctitate et doctrina celeber.

Martinus Turonen. Epiſcopus pietate & religione clariſſ.

Ambroſius Mediolanen. epiſcopus cuius ſanctitatẽ, integritatẽ & cõſtantiam, ac Imperatoris Theodoſij obedien. erga eundem mire deſcribit, Eutrop. lib. xiij. Beati etiam Martini exequijs interfuit, Et per idem tempus beatum Auguſtinum baptiſauit in ſolennitate paſcali, et Canticum, Te Deum laudamus, ſimul hincinde & alternatim ediderunt.

Prudentius põe. Chriſtianiſſ.

Claudianus põe.

Ioannes Chryſoſtomus Cõſtantinopolitanus Epiſcopus doct. inſignis.

Lucianus preſbyter Hieroſolimitanus ſciẽtia & ſanctitate cõſpicuus.

Paulinus Nolanus Epiſcopus pientiſſ. & doctrina clarus.

Simplicianus Monachus poſt diuum Ambroſi. Epiſcopus Mediolanen. uita, doctri. & ſanctitate ornatiſſ.

Caßianus Monachus Theolog.

Alexander Lythos, medicus doctiſſ.

Ruffinus preſbyter, hyſtoricus egregius, latine & græcè doctus, eiuſq; plura extant uolumina.

Proba Falconia mulier Romana re et nomine proba, cuiuſdam proconſulis uxor pudiciſſ. Latine, græcæ, humanarum & ſacrarum litterarum doctiſſ. cuius ingenium, doctrinam, & uitæ ſanctimoniam diuus Hiero. mire cõmendauit, quæ inter cetera ex Virgilij Carminib. deſumpſit & utriuſq; teſtamenti hyſtorijs accommodauit, Opus plane ſyncerum & pium congeßit.

HAERETICI.

Pelagius, hominem ſine gratia dei ſaluari poſſe, & unumquemq; propria uirtute ad iuſtitiam regi predicabat, Infantes etiam ſine peccato originali naſci, & ob id baptiſari & ablui non debere, Bergomen. lib. 9. Naucle. genera. 14. Qui poſtea in Concilio Carthaginen. 217. Epiſcoporum cum ſua hereſi damnatus eſt. Pau. Conſtan. Alfon. tit. de Adam & Eua. hereſi. 4. tit. de gratia

Heluidius

Heluidius Anxentij Arriani diſcipulus uir multum callidus & doctus. Quod diua uirgo Maria poſt Chriſtū alios de Ioſeph conceperit filios hereſim diſſeminabat, quam diuus Hieronymus optime refellit & expugnauit, Bergomen. li.9. Alſon. tit. de Maria uir.

Tredecima Eccleſie perſequutio Theodoſij iunioris, & Valentiniani Imperatorum temporibus a Vandalorum & Hunorum regibus.

THeodoſius Imperator, Anno. 431. In multa rerum perturbatione ſucceſſit imperio, rexitq; cum fratre Valentiniano circiter annos. 27. Fuit autem Theodoſius uir ſapientiſſ. & ingenio promptiſſ. ita ut inter confabulantes experimentum omnium crederetur habere cauſarum, Chriſtianiſſ. etiam & clementiſſ. habebatur, qui cum ſemel a quodam familiarium interrogaretur cur nullum ſe ledentium morti traderet: Vtinam mihi inquit, poſſibile eſſet ad uitam mortuos reuocare. Sic enim fuit clemens ut ſi quando quiſpiam, morte dignum aliquid committeret, nec uſq; ad ciuitatis portas moriturus perueniret, ſed ex eius clementia reuocatio continuo ſequebatur, hyſto. tripar. lib. 11. cap. 17. Eutrop. lib. 14. Oro. Pompo. Blon. Fla. Deca. 1. lib. 2. & tandem in peſte deſecit Bergomen. lib. 9.

Theodoſij dictum.

CONTEMPORANEI.

Ioannes Damaſcenus theologus doctiſſ.

Hilarius Arelaten. Epiſcopus theo.

Maximus Italus Thaurinen. Epiſcopus Theolog.

Proſper Epiſcopus uir doctrina et pietate inſignis.

Eutropius preſbyter hyſtoricus celeber. beati Auguſtini diſcipulus.

Paulus Oroſius Hiſpanus hyſtoricus eminentiſſ. Beati Auguſtini diſcipulus.

Vincentius Gallus preſbyter contra hæreticos multa ſcripſit.

Euſebius Cremonen. beati Hiero. diſcipulus, eloquentia qua preſtabat magiſtro ſuo non abſimilis.

Aduentius Hiſpanus Epiſcopus doctiſſ. expugnator diuerſorum hæreticorum ſuæ tempeſtatis quos diſputando deuicit & confutauit.

Siluanus Maßilien. preſbyter diuinarum literarum cognitiſſ.

Victorinus Maßilien. Rhetor.

Hypatia mulier in omni platonica philoſophia docta, ſcholæ Alexandrinæ legendo publicæ prefuit, hyſto. tripar. li. 11. ca. 12.

Et diua Vrſula cum undecim Millibus, hac tempeſtate apud Coloniam Agripinam Martyrium ſuſtinuit.

TIRANNI ET HAERETICI.

Genſericus Vandalorum Rex tyrannus, & hęreticus Arrianus inſignis, multis perturbationibus, & inceſtationibus eccleſiam agitauit cedibus, rapinis, & incendijs per totam Africam, Egyptum, Ethiopiam, Siciliam, & uſq; Italiam peruenit: trecentaq; millia hominū abduxit, Romam cepit, templa & ſacras ædes ſpoliauit, & totam urbē per quatuordecim dies omnibus diuitijs euacuauit, multoſq; captiuos inde abduxit, Blō. Deca. 1. li. 1. Cui poſtea hymeric9 gener ſuus in regno ſucceſſit, nequitia, & crudelitate ſocero non inferior, Is, Arrianorum perſuaſu trecentos Epiſcopos in exilium relegauit, Cuius tyrannidis latiſſ. meminere Eutrop. li. 14. Naucle. genera. 16. & copioſe diaco. lib. 14. Caſſiodo. Proco. de bello Vanda. lib. 3. Iornan. Pompo. in Theodo. Blon. Fla. Deca. 1. li. 1.

Attila

Attila Hunorum Rex,tyrannus, & hereticus, etiam ea tempeſtate eccleſiam plurimum afflixit, Is Sacro Ro. imperio cladem diſſimulans,quæ tamen Valentinianum Imperatorem minime latitabat, eiq; ſe obuium parat ubi conſerta incredibili pugna,cui uix poſt hominum memoriam nullum ſimile prælium reperitur, Vicere tandē Romani fugato Attila, & Gothorū Rege interfecto, quod itaq; certamē circa nonam diei horam cæptum, de utriſq; partibus centumoctogintamillia occiſorū dedit,Eutrop. li. 15.Blon.Fla.Deca.1.li.2.Naucle.genera.16. Bergo. li.9. Attila etiam Argentinam ui cæpit,et muros deiecit, uetuitq; ne eo uiuente repararentur, & peruiam factam, Strasburgum appellauit, Ipſeq; tandem in proprio ſanguine ſuffocatus eſt,Naucle. genera. 16. *Attilæ interitus.*

Neſtor hereſiarches,Epiſcopus Cōſtantinopolitanus, aſſeruit diuam uirginem non dei,ſed hominis tantū genitricem, & Chriſtum purum hominem fuiſſe predicabat, quæ itaq; hereſis tandem cum Pelagiana in tertio Concilio uniuerſali Epheſino damnata fuit,Tripar.hiſto.li.12. c.5. Naucle. genera. 16. Alſon. tit. de Chriſto. hereſi.3. Pau. Conſtan.

Prædeſtinatores heretici, affirmabant nihil prodeſſe ad uitam quantumuis uirtuoſe uiueremus, nec prodeſſe bona opera, ſi a deo quis prędeſtinatus fuerit, nec impijs obeſſe,q̄tumcūq; male agerent,ſi a deo prædeſtinati fuerint ad uitam,quę aſſertio bonos a bonis, & malos ad mala prouocabat,Bergomen.li.9. Alſon.tit. de prædeſtinatione.hereſi.1.

Hilarius hereticus, is purus laicus, cantui,& diuinis laudibus detrectabat,contra quem diuus Auguſtinus,retractationū li.2.c. 11.multa ſcripſit.Alſon.tit.de Cantu. in preſenti.

Eutices hereticus, Abbas Conſtantinopolitanus fuit, hic Chriſtum poſt humanitatis aſſumptionem de duo-bus naturis exiſtere negabat, ſed uerbi dei, & carnis unam ſolam in ipſo naturam eſſe, tandem in Concilio Calcedo-neñ. (quod quartum fuit uniuerſale, & 639. epiſcoporũ) Eutices cum hereſi ſua damnatus fuit & in exilium rele-gatus. Bergomen. li. 9. Alfon. tit. de Chriſto. hereſi. 4.

Alia Chriſtianorum perſe-quutio Sub Anaſtaſio Imperatore.

Sciſma Romæ inter Simachũ et Laurentiũ.

Anaſtaſius Imperator Año. 490. ſucceſſit Imperio, rexit annis 27. Is male ſe habebat erga Chriſtianos, quos plerunque diro odio perſequebatur, Calcedoneñ. Cõcilij inimicos fouebat, eoque tempore ſciſma Romę exortũ, & quidem maximum inter duos Ciues ad ſummum Põtificium electos Symachum & Laurentium, & ab utriſque partibus imminere ſtrages, & rapinę patratę ſunt per tres annos circiter, plerique ex ſacerdotali numero & multi cle-ricorum, etiam ciuium Romanorum extincti ſunt, uſque quo Theodoricus princeps Romã ueniens, quamque Ar-rianus eſſet, ſynodo celebrata, locari quidem Symachum Romę epiſcopum firmauit, Laurentium uero in Nuceri-na ciuitate epiſcopũ conſtitui precepit, Laurentius tamẽ minime quieſcens, ſed ſeditiones cõmouens a Symacho deponitur, & in Dalmatiam exilio relegatur, ſicque ſimul-tas ceſſauit, Anaſtaſius itaque quaternitatẽ non trinitatem adorari precepit, a qua nec per Põtificẽ reuocari potuit, ſed legatos ad ſe miſſos ſpreuit & expulit, Verum diuina ſtatim uindicta fulmine tactus perijt, Eutrop. li. 15. Dia-co, Pompo. Paul. Conſtan.

Theodoricus princeps.

Anaſtaſius quaternitatem nõ trinitatem adorari præcepit.

Anaſtaſij interitus.

Coetanei

S. Benedictus, Scolaſtica, Brigita.
Epiphanius epiſcopus ſanctitate & doctrina eminentiſſ.
Fauſtinus epiſcopus doct. egregius,
Genadius epiſcopus Theolo.
Fulgentius epiſcopus Theolo. uita, & doctrina clariſſ.
Hegeſippus uir fortiſſ. & doctiſſ.
Boëtius philoſophus & poe.
Procopius hiſtoricus.
Priſcianus grammaticus.
Arator Cardinalis, poe.
Caßiodorus monachus. hiſto. & Chrono. inſignis.
Clodoueus Rex frantiæ his temporibus ſundauit eccleſiam Cathredalem in Argentina. Naucle. genera. 17. Licet temporibus apoſtolorum, ad fidem conuerſa fuerit. Naucle. genera. 5. Et per ea ipſa Saxones cū Sueuis congreßi, ſaxones ſuperantur, ceduntur magna occidione, ceſſit regio Sueuis, quæ nunc Sueuia dicitur. Blon. Deca. 1. lib. 8. Pau. Conſtan.

Alamundarus Sarracenorum princeps his temporibus baptiſatur, quo facto, uenerūt ad eū duo Arriani epiſcopi ſectam ſuam ſuadentes, Quibus ille dixit, Literas accepi hodie, quia Michael archangelus mortuus eſt, illis reſpondentibus, hoc impoßibile fore, Ait princeps, & quo modo Chriſtus ſecūdum uos uiuus crucifixus eſt, niſi naturarum eſſet duarum, quandoquidem nec angelus moriturus eſt, Et ita confuſi ab eo receſſerunt, Eutrop. li. 15. Nauc. gene. 17.

Radbodus Rex Phriſiorum, Is cū baptiſari deberet, ac pedem unum lauacro intinxiſſet queſiuit, quo maior pars anteceſſorum ſuorum perueniſſet, & audiens plures ad inferna deſcendiſſe, pedem e fonte retraxit dicens, Sanctius eſt ſequi plures q̃ pauciores, & honeſtius ſequi diuites & potētes q̃ paupes, Quarto autem die ſubito ſequutus obijt, Naucle. genera. 24.

TYRANNI ET HAERETICI.

Honoricus Rex Vandalorum, Genſerici filius, furore diabolico opletus, una die omnes eccleſias clauſit, & uniuerſam Epiſcoporum ac eccleſiarum ſubſtantiā ſuis Epiſcopis Arrianis condonauit, poſthec edicto iubet cūctos Epiſcopos, presbyteros, diaconos & alia eccleſiæ membra quatuormillia nongenta ſexaginta quinq; in exilium relegari

Quidam Hunericus habēt.

relegari, qui autem miſerationis cauſa eis ſuccurrere tẽtabat, cum tota domo incendebatur, ſacras etiã uirgines cõgregari, uarijſq; cruciatibus perſequi mandauit, ubi penarum acerbitate plurimæ extinctę fuerũt, Ita, ut nulli etiã ætati, neq; ſexui parceretur, hos fuſtibus, alios ſuſpendio cruciarunt, cremabant multos, alij ſine manibus, alij ſine oculis, alij ſine pedibus, alij truncati auribus, alij ſcapulis euulſi, nõnulli in altum ſuſpenſi ſtatim ſpiritũ emiſerunt, ſiquidem alijs innumeris, & crudeliſſ. tormentis Arriani heretici utriuſq; ſexus homines Chriſtianos affecerunt, tãdem Honoricus, dei iudicio percuſſus ſcatens undiq; uermibus miſerabiliter expirauit, Naucle. genera. 17. Bergomen. li. 9.

Honorici interitus.

Trãſimundus Rex. Honorico fratri in Vandalorum regno ſucceſſit, & patris, & fratris ſequutus perfidiã, clauſis Catholicorum eccleſijs, ducẽtos uiginti epiſcopos, qui interea ſucceſſerãt, in Sardiniam exilio relegauit, quibus Symachus Ro. pontiſ. quottidiana ſubſidia miniſtrauit, factis tunc multis domorũ incendijs, homicidia dena millia, Naucle. genera. 17. Eutrop. li. 15. Diaco. in Anaſta. Procop. de bello Vanda, li. 3. Pau. conſtan.

Olimpius arrianus hereticus, his diebus apud Africã dum in Elyanenſiũ balneo lauaretur, indigna & blaſphema quedam, de ſanctæ trinitatis fide uerba euomeret, ueniente deſuper ignito iaculo uiſibiliter cõbuſtus eſt, Etiã Alexandriæ tunc multi Arriani uiri, mulieres tum pueri a demonibus atrociter obſeſſi repente ut canes latrabant, Eutrop. li. 15. Naucle. genera. 17.

Olympius hereticus ignito iaculo perijt.

Arriani ut canes latrantes, obſeſſi à demonibus.

Acephalitę heretici, Calcedoneñ. concilium impugnabant, per hoc tempus exorti, duarum quippe ſubſtantiarum proprietatẽ in Chriſto negabant, Ideo dicti quod ſine capite, & ſine auctore, Bergomen, li. 9. Alſon. tit. de Chriſto. hereſi. 4.

Chriſtia

Chriſtianorum alia perſe- quutio, temporibus Phocæ Imperatoris.

PHoca Imperator, Anno domini 598. Imperare cœpit, rexit añis tredecim. Is Mauricium anteceſſorem Imperatorem una cum maſculis & quinq; pueris eius obtruncauit, quorum capita in Campo tribunali ſiſti iuſſit diebus multis, exiensq; ſępius ad contemplandum ea uſq; fœtorem dederunt, & alia innumera perpetrauit homicidia, Reipub. Chriſtianę et Romanę negligentiſſ. et ſomnolentiſſ. fuit, In hereſim quoq; Monothelitarum (unam in Chriſto ponentes uoluntatem) declinauit, In ſuos etiã plurimum ſęuit & tyrannidem exercuit, Quo tandem Heraclius Conſtantinopolim ueniens Phocam deuicit & cepit, ac primo ei manus & pedes obtruncauit, Deinde lapide collo alligato in mare demerſit, Bergomẽ. lib. 10. Alij referunt eum obtruncatum, Blon. Deca. 1. lib. 9. Diaco. lib. 18. Pompo. Eutrop. igne eum concrematum refert lib. 18. *Phocæ Imperatoris interitus.*

CONTEMPORANEI.

S. Gregorius magnus Roma. Pont. doct. celeber. & humil. primus ſe Seruum ſeruorum Dei nominauit & ſcripſit. Quatuor Concilia uniuerſalia decreto publico ſanciuit & approbauit, uetuitq; ne Bigamus ordinaretur in preſbyterum, prohibuit etiam preſbyteri cõcubinarij audire miſſam 8. diſ. c. Si qui ſunt. Suplicatiões etiã et Letanias maiores in diem Marci inſtituit, Britanniam per fratres ſuos ad fidem conuertit, Veſegothos hæreticos ad unitatem eccleſiæ reduxit, & in Chriſti pauperes largiſſ. fuit, tandem Phocæ Imperatoris ſecundo anno migrauit ad dominum Bergomen. lib. 10. Naucle. gene. 20. & 21.

Iſidorus Epiſcopus, in artibus hu-

manitatis doctiſſimus.

Ioannes *Monachus graece & latine peritiſſ.*

Eutropius Hiſpanus Epiſcopus uita & doctrina clarus.

Anaſtaſius Perſa Monachus cum alijs 70. à Perſis infidelibus Martyrium pertulit.

Eligius Epiſcopus, uita & miraculis clarus, primo aurifaber, Deinde mundo, abrenuncians monachicam duxit uitam.

S. Iodocus *Brittannorum regis filius ſpretis mundi uoluptatibus in heremum ſeceſſit.*

TYRANNI ET HAERETICI.

COſdras Rex Perſarum tyrannus his temporibus contra eccleſiam & Romanum Imperium inſurrexit, multaſq; prouincias & ciuitates uaſtauit, ſanguinéq; Chriſtianum ultra modum effudit, & niſi poſtpoſita & abnegata Ieſu Nazareni religione ſe nunq; quieturum indixit, Paleſtinam & Iudeam dirupuit, Hieroſolimam deſpoliauit, maxima cęde facta, lignum S. Crucis & Zachariam Epiſcopum & patriarcham abduxit, cui poſtea Heraclius Imperator ſe magno exercitu obuiam parat & pugnam conſeruit, Mox Perſæ uicti terga dederunt, cæſa ſunt hoſtium ſupra triginta millia, etiam duce eorum interfecto. Coſdram oppreſſit, filiumq; eius cepit, & baptizari fecit, ac in regem conſtituit, deinde turrim ingreſſus, Crucem ſanctam cum Theſauro ingenti recepit, oneratis ſeptem Elephantis Hieroſolimam rediit, Crucem domini in loco ubi antea fuerat collocauit, ob cuius facti memoriam feſtum exaltationis S. Crucis celebrari ceptum fuit, Zachariam quoq; patriarcham & alios captiuos liberans in patriam remiſit, ac diuerſas prouincias Imperio ablatas recuperauit. Blon. Deca. 1. lib. 9. Eutropius. lib. 18. Naucle. genera. 21. Bergomeñ. lib. 10. Pompo. Pau. Conſtan.

Heraclius Imperator.

Maho-

Mahometes Hereſiarcha peſſimus, genere Arabs (ut quidam uolunt) nobili ortus parente, Deos gentium adorante, ſed matrem hebraice gentis habuit Iſmahelitam, is ex duabus huiuſmodi omnino ſibi inuicem aduerſantibus ſuperſtitionum ſectis, originem trahens, nulli earum omnino conſenſit, Cum itaq; & acerrimi & callidiſſ. ingenij eſſet ac inter Chriſtianos conuerſatus, pernicioſiſſimũ humano generi ex duarum huiuſmodi gentium legibus conflauit incendium, de Lege Hebrȩorum, quam magna ex parte Arabes ſectabantur, Chriſtianorumq; traditionibus ita diſputabat, ut unam eandemq; eſſe utramq; affirmaret, Licet magnis utraq; gens abduceretur erroribus, quos quidem errores ita temperabat, ut Hebræos reprehenderet, Ieſum Chriſtum ex uirgine natum negantes, quod ſui maiores futurum expectandumq; predixerant, aduenisse, Chriſtianos uero leuitatis redargueret, quibus perſuaſum ſit Ieſum Dei amiciſſimum & ex uirgine natum obprobria & demum crucis mortem a Iudeis perpeti uoluiſſe, & ſuam ipſe predicans legem, ut ſi eam acceptarent et cuſtodirent in libertatem ſe recipiant, & principatu regnoq; in finitimos potiantur. Blondus Deca. 1. lib. 9. & Nauclerus genera. 22. Alij uero Mahumeten illum, mercatorem fuiſſe tradunt callidiſſimum, & a Sergio Monacho Apoſtota, qui propter Neſtorianam hereſim expulſus fuerat, inſtructum, Circumciſionem admittens, Chriſtum tantum hominem fuiſſe, non deũ, ſed iuſtũ & ſanctũ, & de ſpiritusancto conceptũ ac de uirgine natum, quæ omnia Sarraceni credunt, Itaq; populus tunc uario laborans errore facile deceptus eſt, multi enim Iudeorum & Sarracenorum ei adheſerunt, Quo circa prophetam ſe aſſeruit & a deo miſſum, ut legẽ q̃ Iudæis, & eã quæ Chriſtianis data eſſet nimis oneroſas

Eutrop. habet Mahumad lib. 18.

Arabes, poſtq̃ Mahumeti legem accepere priſtinum nomẽ depoſuere & Sarraceni dicti sũt, Blõ. Deca. 1. li. 9.

Sergius monachus armiductor Mahumetis.

Mahumetes prophetam ſe aſſeruit.

temperaret & mitigaret, præmittebat quoq; libris ſuis ad ueterum prophetarum imitationem principium, uidelicet, Loquutus eſt dominus ad Mahumeten prophetam ſuum dicens &c. Fuit etiã comiciali ſeu epilepſiæ morbo correptus, de quo uxor eius plurimũ dolebat, quo interceptus, angelum ſibi loqui ſolere poſtea affirmauit, cuius itaq; ſplendorem ferre nequiret, inde ſe in terram cadere, Et ut Regno Arabum potiretur, Sergij Monachi fretus conſilio, qui, ut eius legis ſectatores cuculla uterentur ordinauit, quemadmodũ & hodie Sarraceni incedunt, Deinde ut meridiem uerſus orarent, lectiones plurimas inſtituit, Orantes Deum unum conſiterentur, trinitatem negarent, Omnes carnes præter porcinas & morticinia ac ſanguinem edere poſſent, quatuor uxores legitimas habere liceret etiam de propria cognatione eas recipere; Obſeruantibus legem ſuam paradiſum, ubi omni uoluptate, cibi, potus, mulierumq; delectu fruerentur, ac uini, mellis, lactiſque copiam haberent, ingredi pollicebatur, & alia quæ fatuo popello, & inconſtanti credibilia, & delectabilia uidebantur diſſeminabat, Ad parendum itaq; legibus ſuis, quas in Alcharano libro ſuo compoſuit, quoſcunq; gladij animaduerſione arcebat, diuerſas inde nationes ſubiugabat, ſic interim Mahumetes annos natus pene. 40. poſtq̃ tam atra peſte animos hominum infeciſſet extinctus eſt, uiſitur in Perſis urbe Mecha ferrea illius archa, Blon. Deca. 1. lib. 9. Eutrop. lib. 18. Naucle. genera. 22. Pompo. Volatera. lib. 12. Quæ inq; hereſis pene totum mundum irrepſerat, uſq; CAROLVS ILLE MAGNVS IMPERATOR uir humaniſſimus, & Chriſtianiſſimus Eccleſiaſticam libertatẽ quæ a Conſtantini magni tempora, quingentos ferme annos amiſſa et nimia uetuſtate obliterata fuerat egregia ſua

Mahumetis ad Sarracenos traditiones.

Carolus Magnus Imperator Anno. 801. Imperio ſucceſsit

uirtute

uirtute reſtituit, Ipſamq; ab Mahumetanorum & diuerſorum hereticorum & tyrannorum incurſione & opreſſione defendit, Quapropter Leo.Ro.pon.cōſiderans Imperatores Conſtantinopolitanos Chriſtianitatis nomen male tueri, et ob errores græcorum frequentes aliaſq; negligentias, pericula & incommoda, etiam quod occidentale imperium quaſi pro derelicto habebant, a Græcis itaq; mundi monarchiam ad Germanos tranſtulit, & Carolum Magnum tanq; uirum Chriſtianiſſ. in Ro. Imperatorē declarauit, & diademate coronauit, Fuit enim Carolus Germanus & in Germania opido Ingelhaim, cis Rhenum, natus ex patre Pipino Galliæ & Germaniæ Rege puto Franciæ orientalis & occidentalis &c. Quēadmodum & hodie monarchia & imperium Ro. apud Germanos eſt, Is etiam Saxones Idolatras deuicit, & ad fidē coegit, Hieroſolymam recuperauit, & Chriſtianis reſtituit, ac præſidijs & munitionibus firmauit. Blon. Deca. 1. lib. vlti. Deca. 2. li. 1. Naucle. genera. 27. & 28. Erat etiam Carolus doctorum uirorum conquiſitor diligentiſſ. habebat & Alcuinum anglum in præceptorem uirum quidē, in Theologia & philoſophia tunc temporis principē, cuius nutu Gymnaſium e Roma ad Parriſios translatū fuit, quod etiam ab Athenis eo loci delatum fuerat, Cui dum ſemel Carolus dixiſſet, utinam haberem duodecim clericos tam doctos q̄ fuere Auguſtinus & Hieronymus, Reſpondit Alcuinus, Creator cœli & terræ ſimiles illis tunc plures non habebat, modo tu uoles habere duodecim, quod gratanter audiuit ſapientiſſ. princeps reſponſumq; laudauit, Eodem quoq; tempore, Claudius, & Ioānes de Hybernia Scoti Bedæ diſcipuli uiri diuinarum & humanarum literarum eminentiſſ. qui inter mercatores quotidiē clamabant, Si quis ſapientiæ cupidus eſt ueniat, Re-

Leo. Ro. Pon.

Translatio imperij à Græcis ad Germanos, in perſonā Caroli Magni.

Saxones Idolatræ ad fidē coacti.

Duo Scoti ſapientiam uenalem uociferabant.

ad Carolum Imperatorẽ defertur, uocatos interrogauit, ſapientiam an ne uenalem haberent, inquiũt ſic, Carolus quid nam pro ipſa peterent, at illi reſpondentes, loca tantum opportuna, & animas ingenuoſas ac alimenta, quos magno gaudio Impator ſuſcepit & gratia & honore proſequutus fuit, tandem, Aquiſgrani fœliciter obijt. Nauc. genera. 28.

Scotorum pia reſponſio.

Perſequutio Eccleſie Sub Conſtantino quarto Imperatore.

CONſtantinus quartus (alias Conſtans appellatus) anno. 740. Imperio ſucceſſit, imperauit annis. 33. Qui licet patrem haberet peſſimum, ipſe tamen nequior, uterq; erroribus atq; hereſi deprauatus, Leo quidem ab hereticis ſeductus, in odium eccleſiæ & Ro. ponti. ſanctorum imagines ubicumq; per Ro. imperium tollendas edicto publico ſanciuit, Cõſtantinus uero ut à iuuentute maleficijs, & magicis artibus luxurijſq;, deſeruiens, apertum ſe hoſtem Chriſti & eccleſiæ oſtendit, omnemq; religionẽ & pietatẽ prorſus abolere & exterminare niſus fuit, imagines crucifixi & ſanctorum ſibi preſentari coegit, quas in medio ciuitatis concremari precipiebat, & quamuis multi de populo huic impietati non conſentirent, illos immediate decollari iubebat, Clericos quoſcunq; & monachos etiam ſeculares Catholicos (ſuaſu Anaſtaſij heretici, Cõſtãtinopolitani patriarchæ) interfecit, & nec hominẽ unũ monaſtico ſchemate amictum deſeruit, monaſteria quecumq; a fundamentis deſtruxit, uirgines uero in communes militum domos ſanciebat, ſacros libros uaſaq; ſacra cremari precepit, & alia infinita ſcelera et tyrannides exercebat, tandem Conſtantinus plaga diuinitus percuſſus,

quæ

quæ ἄνθραξ appellatur, miſerabiliter occubuit, clamans, uiuus adhuc igni ſum inextinguibili traditus, Eutr. li. 23. Nonnulli eum Elephantię morbo interijſſe ferunt. Blon. Deca. 1. li. 10. Pau. Conſtan. Naucle. genera. 27. habuit etiā Cōſtātinus uxorē Chriſtianiſſ. noīe Hyrenē Bauarorū ducis filiā, quę male heretico iūcta fuit, Nauc. gen. 25. *Cōſtātini quartus interitus.*

COETANEI.

Benedictus Mediolanen. Archiepiſcopus uir diuinarum & humananarum literarum eruditiſſ.

Bonifacius Maguntinen. epiſcopus exemplo, doctrina & ſanctitate clarus, tandem in Africa pro Chriſti nomine a Mahumetanis martyriū pertulit.

Et per ea tempora ſedes epiſcopalis Herbipolen, initium ſumpſit.

S. Kilianus martyr.

S. Othmarus abbas.

S. Wilibaldus epiſcopus Eyſteten.

S. Walpurgis.

S. Sebaldus, omnes uita & ſanctitate inſignes habiti.

Egidius philoſophus, Græcus, Monachus, ſciētia et religiōe cōſpicuus

HAERETICI.

Anaſtaſius patriarcha conſtantinopolitanus, hereticus, qui honoranda & uiuifica ligna tenens iurauit populo dicens, per eum qui in ipſis affixus eſt, ſic dixit mihi Imperator Conſtantinus aſſeuerans, Ne exiſtimes filium dei eſſe quē Maria peperit, qui dicitur Chriſtus, Sed purum hominem, Maria enim peperit eum ſicut me peperit mater mea, tandem poſt multa mala miſerabiliter interijt in paſſione cordapſos fatigatus, cum ſtercus per os euoluiſſet dignam uindictam exoluit. Eutrop. li. 23. *Anaſtaſij heretici interitus.*

Feliciani a quodam Felice, docentes imagines eſſe tollendas ab eccleſia, dicentes idolatriam eſſe imagines in tēplis habere ſiue Chriſti, ſiue aliorum Sanctorum, tandem per Concilium uniuerſale Franckfordiæ celebratum hęc hereſis exploſa & dānata fuit, Blon. Deca. 2. li. 1. Aemil. li. 2. Platina. Regino. li. 2. temporū. Alfon. tit. de imaginibus, a principio.

Sub

Sub Henrico Ter-
tio Ro. Imperatore.

ANno a natiuitate domini. 1057. Héricus, licet ado leſcens, ab electoribus Cæſar & Auguſtus electus, & publicatus fuit, imperauit annis. 48. Bohemos ſuperauit, & tributarios fecit, ſed de eccleſia et Romano imperio non bene meritus fuit, tandem a filio ſuo iuniore prelio ſuperatus & profligatus, prę triſticia moritur. Blon, Deca. 2. lib. 3.

CONTEMPORANEI.

Bruno herbipolen. epiſcopus, uir doctrina & ſanctitate inſignis.

Siluo iureconſul. Aduocatus pauperum.

Petrus Damianus *doct.* Theolog. *cardinalis & epiſcopus, eius plura extant uolu. tandem epiſcopatū deſeruit, & heremiticam duxit uitā.*

Anſhelmus Cantuarien. Archiepi*ſcopus uita & doct. clarus.*

Bruno philoſophus, & Theolog. *doctißimus, canonicus, & presbyter, relicto ſeculo cum ſeptem ſcholarìbus ſuis peritiſſ. in heremū Carthuſiæ ſeceßit, ſicq; ordo Carthuſien. ab eó ſumpſit initium.* Aemil. li. 5. Pau. Conſtan.

Robertus uir doctrina & religione clarißimus, Burgundiæ in heremo Ciſtertij, ordinem Ciſtertien. inſtituit.

Lanfrancus Iureconſul.

Honorius presbyter Theol. *extātq; plura eius edita.*

Hermannus Cōtractus, Comes, Sueuus, Monachus, Orator S. Benedicti, philoſophus, Rhetor poe. Muſicus & Aſtrolo. nulli ſui temporis ſecundus, Latinæ, grecæ & Arabicæ doctiſſ. cuius diuerſa eminent opera, ediditq; Cantica plurima, uidelicet, Salue Regina miſericordiæ Alma redemptoris mater, & alia multa.

Petrus Alfonſus Iudaiſmo *relicto, baptiſatus fuit in philoſophia, et diuinis literis eminentiſſ.*

Ioannes Serapion *Medicus.*

Iſaac Beymiram medicus.

Raſis Africanus medicus.

hereſis

Berengaria a Berengario doctore, Andeganeñ. archidiacono, qui per hæc tempora, cum diu apud multos uita & doctrina clarus haberet, ob doctrinæ ſuę amplitudinem primo confuſus in Euchariſtię Sacramento turpiter errabat, & multorum animos ſuo errore inficiebat, tandē diuina reuocatus miſericordia, doctiſſimorum etiam uirorum ſaniori informatione ductus errorem, agnouit, & in publico concilio reuocauit, uerba habentur de conſe. diſ. 2. c. ego Berengarius. Blon. Deca. 2. li. 3. poſthæc omnia bona ſua pauperibus diſtribuit & ſe pauperrimum effecit, reliquum uitæ ſuæ celeberrime conterendo, Bergomen. li. 12. Alſon. tit. de Euchariſtia. hereſi. 4.

Sub Frederico Imperatore.

FRedericus primus Romanorum Imperator, cognomento Aenobarbus ſeu Babaroſſa appellatus, anno domini 1153. Imperio ſucceſſit, imperauit annis. 37. Vir glorioſus, magnanimus, largus, facundus, ſtrennuus, atque bellicoſus, In Syriam expeditionē ſumpſit & per Vngariam iter faciens Conſtantinopolim peruenit, ubi Yſaac, græcum Imperatorem offendit, qui Frederici territus potētia, in Boſphorum traiecit, Fredericus inde Philomenam urbem de Turcis accepit, Iconij agrum uaſtauit, plurimasque Barbarorum nationes deuicit et proſtrauit, Armeniam minorem totam occupauit, & in ſuam poteſtatem redigit, Sicque ibidem dum rapidum in amnem ſudoris lauandi gratia deſcendiſſet, mox ab aquis ſuffocatus eſt, de cuius itaque geſtis, Blō. Deca. 2. li. 5. et 6. Aemil. li. 6. Plat. Naucl.

Yſaac græcorum Imperator.

Frederici primi interitus.

Congregatis itaq; innumeris diſcipulis, plurimos diſſemi nare cepit errores, monitus etiam ab eccleſiæ prepoſitis, Ipſos aſpernari fecit reſpondens, deo magis q̃ hominibus obedire debere, tandem patria propellitur. Ene. Syl. de Ori. boe. c. 35. Nico. Eme. li. Inquiſi. Alſon. tit. de Baptiſmo hereſi. 7. & alijs.

Sub Frederico ſecundo
Romano Imperatore.

FRedericus. 2. Ro. Imperator anno 1212. ſucceſſit Imperio, Rexit annis. 33. et quidem male de Ro. eccleſia meritus fuit, ob eam rem etiam diuerſis periculis, & calamitatibus agitatus, De quibus Blon. Deca. 2. li. 7. Aemil. li. 7. Plati. Naucle. genera. 41. & 42.

CONTEMPORANEI.

Dominicus uir doctri. et Sancti. clariſſ. contra Albienſes hereticos ſtrenue pugnauit, eoſq; gladio uerbo dei compeſcuit.
Iacobus de Vitriaco Epiſcopus, uir doctiſſ. Albien. hereſeos profligator ardentiſſ.
Franciſcus Seraphicus uita et Sancti. celeberr.
Ioannes Bonus diui Franciſci præceptor.
Eliſabeth et Clara, uirgines Sanctimonia inſignes.
Cirillus græcus Carmelita Theol.
Iordanus Theolo.
Anthonius de Padua theolo.
Petrus Veronen. monachus Theo, apud Batlaſinam oppidum ab Arrianis hereticis martyriũ pertulit.
Vincẽtius Gallus Theolo. et hiſto.
Alexander de Ales Theolo.
Gregorius. 9. circa ea tempora decretales cõpilari fecit auxilio Raymundi de penna forti & Hugonis Barchimonen.
Bernhardus Compoſtellanus canoniſta.
Henricus heſtien. Cardinalis canoniſt.
Guernerius ſiue Hyrnerius Iureconſul.
Bagaroſus quidẽ Bagarotus Iu. cõ.

Placen

Placentinus Iu. con.
Ioannes Bozianus Iu. con. Azonis preceptor.
Azo. Iu.con.celeber.
Accurſius Iu.cō. Azōis diſcipulus.
Roſre. Iu.con.
Egidius de fuſcaris canoni.
Hubertus Lombardus Iu.con.
Bartholomeus Brixianus canoni.
Bernardus Dorna Iurecon. Azonis diſcipulus,
Iacobus Balduini legiſta Odaſredi diſcipulus.
Elymandus hiſto.
Guido Bonatus Aſtrolo.
Godofredus Iu.con.
Alexander de uilla dei Or. Minorū philoſophus, & aſtrolog. peritiſſ. cuius in eo ſcibili præclara eminent opera.
Circa ea quoq; tempora inciantur & confirmantur ordines Carmelitarum, fratrum Minorum, Prædicatorum, & Eremitarum S. Auguſtini.

HERETICI.

Albienſes, ſiue Albigenſes, in Theoloſana Albienſi ciuitate Galliarum regione pullulare ceperunt, quorum ſummariæ obſeruationes erant, reſurrectionum corporū negare ſicut realiter negabant, ſuffragia mortuis detrectabant, in eccleſijs orare nihil prodeſſe uolebant, ſacramentum Euchariſtiæ blaſphemantes, baptiſmum reijcientes, quę inq̧ hereſis tantundem ſuccreuit & inualuit, ut breui tempore mille loca & oppida infecerunt, quod ſi brachiū ſeculare gladij animaduerſionē non proſpexiſſet, totā Europā ſubuertiſſet, in ciuitate itaq̧ Biders infandam exercebant ignominiam, Super miſſalia namq̧ & ſacri Euangelij uolu. uentris onera ſoluebant, ſiue cacabant, urināq̧ ſpargebant Poſtea de muro illa, contra Chriſtianos deijcientes ac ſagittas deſuper mittentes clamabant, Ecce lex ueſtra miſeri, tum plurimi in Toloſona ciuitate & ibidem in eccleſia maiori iuxta altaria uentrem purgabant, inde ſe ad Pallas altaris detergebant, alij ſuper altaria ſcorta ponentes ipſiſq̧ abutentes, Alij ſacram crucifixi imaginem diripiētes, brachia eiuſdē amputantes, colloq̧ fune ligato

Ecce lex ueſtra.

Eutices hereticus, Abbas Conſtantinopolitanus fuit, hic Chriſtum poſt humanitatis aſſumptionem de duo- bus naturis exiſtere negabat, ſed uerbi dei, & carnis unam ſolam in ipſo naturam eſſe, tandem in Concilio Calcedo- neñ. (quod quartum fuit uniuerſale, & 639. epiſcoporũ) Eutices cum hereſi ſua damnatus fuit & in exilium rele- gatus. Bergomen. li. 9. Alfon. tit. de Chriſto. hereſi. 4.

Alia Chriſtianorum perſe- quutio Sub Anaſtaſio Imperatore.

ANaſtaſius Imperator Año. 490. ſucceſſit Imperio, rexit annis 27. Is male ſe habebat erga Chriſtianos, quos plerunq; diro odio perſequebatur, Calcedoneñ. Cõ cilij inimicos fouebat; eoq; tempore ſciſma Romę exortũ, & quidem maximum inter duos Ciues ad ſummum Põ tificium electos Symachum & Laurentium, & ab utriſq; partibus imminere ſtrages, & rapinę patratę ſunt per tres annos circiter, plerięq; ex ſacerdotali numero & multi cle- ricorum, etiam ciuium Romanorum extincti ſunt, uſq; quo Theodoricus princeps Romã ueniens, quamq; Ar- rianus eſſet, ſynodo celebrata, locari quidem Symachum Romę epiſcopum firmauit, Laurentium uero in Nuceri- na ciuitate epiſcopũ conſtitui precepit, Laurentius tamẽ minime quieſcens, ſed ſeditiones cõmouens a Symacho deponitur, & in Dalmatiam exilio relegatur, ſicq; ſimul- tas ceſſauit, Anaſtaſius itaq; quaternitatẽ non trinitatem adorari precepit, a qua nec per Põtificẽ reuocari potuit, ſed legatos ad ſe miſſos ſpreuit & expulit, Verum diuina ſtatim uindicta fulmine tactus perijt, Eutrop. li. 15. Dia- co. Pompo. Paul. Conſtan.

Sciſma Romę inter Simachũ et Laurentiũ.

Theodoricus princeps.

Anaſtaſius quaternitatem nõ trinitatem adorari precepit.

Anaſtaſij interitus.

Coetanei

S.Benedictus, Scolaſtica, Brigita.
Epiphanius epiſcopus ſanctitate & doctrina eminentiſſ.
Fauſtinus epiſcopus doct. egregius,
Genadius epiſcopus Theolo.
Fulgentius epiſcopus Theolo. uita, & doctrina clariſſ.
Hegeſippus uir fortiſſ. & doctiſſ.
Boëtius philoſophus & poe.
Procopius hiſtoricus.
Priſcianus grammaticus.
Arator Cardinalis, poe.
Caßiodorus monachus. hiſto. & Chrono. inſignis.
Clodoueus Rex frantiæ his temporibus fundauit eccleſiam Cathredalem in Argentina. Naucle. genera. 17. Licet temporibus apoſtolorum, ad fidem conuerſa fuerit. Naucle. genera. 5. Et per ea ipſa Saxones cũ Sueuis congreßi, ſaxones ſuperantur, ceduntur magna occidione, ceſſit regio Sueuis, quæ nunc Sueuia dicitur. Blon. Deca. 1. lib. 8. Pau. Conſtan.

Alamundarus Sarracenorum princeps his temporibus baptiſatur, quo facto, uenerũt ad eũ duo Arriani epiſcopi ſectam ſuam ſuadentes, Quibus ille dixit, Literas accepi hodie, quia Michael archangelus mortuus eſt, illis reſpondentibus, hoc impoßibile fore, Ait princeps, & quo modo Chriſtus ſecũdum uos uiuus crucifixus eſt, niſi naturarum eſſet duarum, quandoquidem nec angelus moriturus eſt, Et ita confuſi ab eo receſſerunt, Eutrop. li, 15. Nauc. gene. 17.
Radbodus Rex Phriſiorum, Is cũ baptiſari deberet, ac pedem unum lauacro intinxiſſet queſiuit, quo maior pars anteceſſorum ſuorum perueniſſet, & audiens plures ad inferna deſcendiſſe, pedem è fonte retraxit dicens, Sanctius eſt ſequi plures q̃ pauciores, & honeſtius ſequi diuites & potẽtes q̃ paupes, Quarto autem die ſubito ſequutus obijt, Naucle. genera. 24.

TYRANNI ET HAERETICI.

Honoricus Rex Vandalorum, Genſerici filius, furore diabolico opletus, una die omnes eccleſias clauſit, & uniuerſam Epiſcoporum ac eccleſiarum ſubſtantiã ſuis Epiſcopis Arrianis condonauit, poſthec edicto iubet cũctos Epiſcopos, presbyteros, diaconos & alia eccleſiæ membra quatuormillia nongenta ſexaginta quinq; in exilium relegari *Quidam Hunericus habẽt.*

relegari, qui autem miſerationis cauſa eis ſuccurrere tẽta‑
bat, cum tota domo incendebatur, ſacras etiã uirgines cõ‑
gregari, uarijſq́ cruciatibus perſequi mandauit, ubi pena‑
rum acerbitate plurimæ extinctę fuerũt, Ita, ut nulli etiã
ætati, neq́ ſexui parceretur, hos fuſtibus, alios ſuſpendio
cruciarunt, cremabant multos, alij ſine manibus, alij ſine
oculis, alij ſine pedibus, alij truncati auribus, alij ſcapulis
euulſi, nõnulli in altum ſuſpenſi ſtatim ſpiritũ emiſerunt,
ſiquidem alijs innumeris, & crudeliſſ. tormentis Arriani
heretici utriuſq́ ſexus homines Chriſtianos affecerunt, tã
Honorici interitus. dem Honoricus, dei iudicio percuſſus ſcatens undiq́ uer‑
mibus miſerabiliter expirauit. Naucle. genera. 17. Bergo
men. li. 9.

Trãſimundus Rex. Honorico fratri in Vandalorum
regno ſucceſſit, & patris, & fratris ſequutus perfidiã, clau‑
ſis Catholicorum eccleſijs, ducẽtos uiginti epiſcopos, qui
interea ſucceſſerãt, in Sardiniam exilio relegauit, quibus
Symachus Ro. ponti. quottidiana ſubſidia miniſtrauit,
factis tunc multis domorũ incendijs, homicidia dena mil
lia, Naucle. genera. 17. Eutrop. li. 15. Diaco. in Anaſta.
Procop. de bello Vanda, li. 3. Pau. conſtan.

Olimpius arrianus hereticus, his diebus apud Africã
Olympius hereticus ignito iaculo perijt. dum in Elyanenſiũ balneo lauaretur, indigna & blaſphe‑
ma quedam, de ſanctæ trinitatis fide uerba euomeret, ue‑
niente deſuper ignito iaculo uiſibiliter cõbuſtus eſt, Etiã
Alexandriæ tunc multi Arriani uiri, mulieres tum pueri
Arriani ut canes latrantes, obſeſſi à demonibus. a demonibus atrociter obſeſſi repente ut canes latrabant,
Eutrop. li. 15. Naucle. genera. 17.

Acephalitę heretici, Calcedoneñ. concilium impug‑
nabant, per hoc tempus exorti, duarum quippe ſubſtan‑
tiarum proprietatẽ in Chriſto negabant, Ideo dicti quod
ſine capite, & ſine auctore, Bergomen, li. 9. Alfon. tit. de
Chriſto, hereſi. 4. Chriſtia‑

Chriſtianorum alia perſe- quutio, temporibus Phocæ Imperatoris.

PHoca Imperator, Anno domini 598. Imperare cœpit, rexit añis tredecim. Is Mauricium anteceſſorem Imperatorem una cum maſculis & quinq; pueris eius obtruncauit, quorum capita in Campo tribunali ſiſti iuſſit diebus multis, exienſq; ſępius ad contemplandum ea uſq; fœtorem dederunt, & alia innumera perpetrauit homicidia, Reipub. Chriſtianę et Romanę negligentiſſ. et ſomnolentiſſ. fuit, In hereſim quoq; Monothelitarum (unam in Chriſto ponentes uoluntatem) declinauit, In ſuos etiã plurimum ſęuit & tyrannidem exercuit, Quo tandem Heraclius Conſtantinopolim ueniens Phocam deuicit & cepit, ac primo ei manus & pedes obtruncauit, Deinde lapide collo alligato in mare demerſit, Bergomeñ. lib. 10. Alij referunt eum obtruncatum, Blon. Deca. 1. lib. 9. Diaco. lib. 18. Pompo. Eutrop. igne eum concrematum refert lib. 18.

Phocæ Imperatoris interitus.

CONTEMPORANEI.

S. Gregorius magnus Roma. Pont. doct. celeber. & humil. primus ſe Seruum ſeruorum Dei nominauit & ſcripſit, Quatuor Concilia uniuerſalia decreto publico ſanciuit & approbauit, uetuitq; ne Bigamus ordinaretur in preſbyterum, probibuit etiam preſbyteri cõcubinarij audire miſſam 8. diſ.c. Si qui ſunt, Suplicatiões etiã et Letanias maiores in diem Marci inſtituit, Britanniam per fratres ſuos ad fidem conuertit, Veſegothos hæreticos ad unitatem eccleſiæ reduxit, & in Chriſti pauperes largiſſ. fuit, tandem Phocæ Imperatoris ſecundo anno migrauit ad dominum Bergomen. lib. 10. Naucle. genea. 20. & 21.

Iſidorus Epiſcopus, in artibus hu-

manitatis doctiſſimus.

Ioannes Monachus græcæ & latine peritiſſ.

Eutropius Hiſpanus Epiſcopus uita & doctrina clarus.

Anaſtaſius Perſa Monachus cum alijs 70. à Perſis infidelibus Martyrium pertulit.

Eligius Epiſcopus, uita & miraculis clarus, primo aurifaber, Deinde mundo, abrenuncians monachicam duxit uitam.

S. Iodocus Brittannorum regis filius ſpretis mundi uoluptatibus in heremum ſeceſſit.

TYRANNI ET HAERETICI.

COſdras Rex Perſarum tyrannus his temporibus contra eccleſiam & Romanum Imperium inſurrexit, multaſq; prouincias & ciuitates uaſtauit, ſanguineq; Chriſtianum ultra modum effudit, & niſi poſtpoſita & abnegata Ieſu Nazareni religione ſe nunq; quieturum indixit, Paleſtinam & Iudeam dirupuit, Hieroſolimam deſpoliauit, maxima cęde facta, lignum S. Crucis & Zachariam Epiſcopum & patriarcham abduxit, cui poſtea *Heraclius Imperator.* Heraclius Imperator ſe magno exercitu obuiam parat & pugnam conſeruit, Mox Perſæ uicti terga dederunt, cæſa ſunt hoſtium ſupra triginta millia, etiam duce eorum interfecto. Coſdram oppreſſit, filiumq; eius cepit, & baptiſari fecit, ac in regem conſtituit, deinde turrim ingreſſus, Crucem ſanctam cum Theſauro ingenti recepit, oneratis ſeptem Elephantis Hieroſolimam rediȷt, Crucem domini in loco ubi antea fuerat collocauit, ob cuius facti memoriam feſtum exaltationis S. Crucis celebrari ceptum fuit, Zachariam quoq; patriarcham & alios captiuos liberans in patriam remiſit, ac diuerſas prouincias Imperio ablatas recuperauit. Blon. Deca. 1. lib. 9. Eutropius. lib. 18. Naucle. genera. 21. Bergomeñ. lib. 10. Pompo. Pau. Conſtan.

Maho-

Mahometes Hereſiarcha peſſimus, genere Arabs (ut quidam uolunt) nobili ortus parente, Deos gentium adorante, ſed matrem hebraice gentis habuit Iſmahelitam, is ex duabus huiuſmodi omnino ſibi inuicem aduerſantibus ſuperſtitionum ſectis, originem trahens. nulli earum omnino conſenſit, Cum itaq; & acerrimi & callidiſſ. ingenij eſſet ac inter Chriſtianos conuerſatus, perniciosiſſimũ humano generi ex duarum huiuſmodi gentium legibus conflauit incendium, de Lege Hebręorum, quam magna ex parte Arabes ſectabantur, Chriſtianorumq; traditionibus ita diſputabat, ut unam eandemq; eſſe utramq; affirmaret, Licet magnis utraq; gens abduceretur erroribus, quos quidem errores ita temperabat, ut Hebræos reprehenderet, Ieſum Chriſtum ex uirgine natum negantes, quod ſui maiores futurum expectandumq; predixerant, aduenïſſe, Chriſtianos uero leuitatis redargueret, quibus perſuaſum ſit Ieſum Dei amiciſſimum & ex uirgine natum obprobria & demum crucis mortem a Iudeis perpeti uoluiſſe, & ſuam ipſe predicans legem, ut ſi eam acceptarent et cuſtodirent in libertatem ſe recipiant, & principatu regnoq; in finitimos potiantur. Blondus Deca. 1. lib. 9. & Nauclerus genera. 22. Alij uero Mahumeten illum, mercatorem fuiſſe tradunt callidiſſimum, & a Sergio Monacho Apoſtota, qui propter Neſtorianam hereſim expulſus fuerat, inſtructum, Circumciſionem admittens, Chriſtum tantum hominem fuiſſe, non deũ, ſed iuſtũ & ſanctũ, & de ſpirituſancto conceptũ ac de uirgine natum, quæ omnia Sarraceni credunt, Itaq; populus tunc uario laborans errore facile deceptus eſt, multi enim Iudeorum & Sarracenorum ei adheſerunt, Quo circa prophetam ſe aſſeruit & a deo miſſum, ut legẽ q̃ Iudæis, & eã quæ Chriſtianis data eſſet nimis oneroſas

Eutrop. habet Mahumad lib. 18.

Arabes, poſtq̃ Mahumeti legem accepere priſtinum nomẽ depoſuere & Sarraceni dicti sũt, Blõ. Deca. 1. li. 9.

Sergius monachus armiductor Mahumetis.

Mahumetes prophetam ſe aſſeruit.

temperaret & mitigaret, præmittebat quoq; libris ſuis ad uerorum prophetarum imitationem principium, uidelicet, Loquutus eſt dominus ad Mahumeten prophetam ſuum dicens &c. Fuit etiã comiciali ſeu epilepſiæ morbo correptus, de quo uxor eius plurimũ dolebat, quo interceptus, angelum ſibi loqui ſolere poſtea affirmauit, cuius itaq; ſplendorem ferre nequiret, inde ſe in terram cadere, Et ut Regno Arabum potiretur, Sergij Monachi fretus conſilio, qui, ut eius legis ſectatores cuculla uterentur ordinauit, quemadmodũ & hodie Sarraceni incedunt, Deinde ut meridiem uerſus orarent, lectiones plurimas inſtituit, Orantes Deum unum conſiterentur, trinitatem negarent, Omnes carnes præter porcinas & morticinia ac ſanguinem edere poſſent, quatuor uxores legitimas habere liceret etiam de propria cognatione eas recipere, Obſeruantibus legem ſuam paradiſum, ubi omni uoluptate, cibi, potus, mulierumq; delectu fruerentur, ac uini, mellis, lactiſque copiam haberent, ingredi pollicebatur, & alia quæ fatuo popello, & inconſtanti credibilia, & delectabilia uidebantur diſſeminabat, Ad parendum itaq; legibus ſuis, quas in Alcharano libro ſuo compoſuit, quoſcunq; gladij animaduerſione arcebat, diuerſas inde nationes ſubiugabat, ſic interim Mahumetes annos natus pene. 40. poſtq; tam atra peſte animos hominum infeciſſet extinctus eſt, uiſitur in Perſis urbe Mecha ferrea illius archa, Blon. Deca. 1. lib. 9. Eutrop. lib. 18. Naucle. genera. 22. Pompo. Volatera. lib. 12. Quæ inq; hereſis pene totum mundum irrepſerat, uſq; CAROLVS ILLE MAGNVS IMPERATOR uir humaniſſimus, & Chriſtianiſſimus Eccleſiaſticam libertatẽ quæ a Conſtantini magni tempora, quingentos ferme annos amiſſa et nimia uetuſtate obliterata fuerat egregia ſua

Mahumetis ad Sarracenos traditiones.

Carolus Magnus Imperator Anno. 801. Imperio ſucceſſit

uirtute

uirtute reſtituit, Ipſamq; ab Mahumetanorum & diuer-
ſorum hereticorum & tyrannorum incurſione & opreſ-
ſione defendit, Quapropter Leo.Ro.pon.cōſiderans Im- *Leo.Ro.Pon.*
peratores Conſtantinopolitanos Chriſtianitatis nomen
male tueri, et ob errores græcorum frequentes aliaſq; ne-
gligentias, pericula & incommoda, etiam quod occiden-
tale imperium quaſi pro derelicto habebant, a Græcis *Translatio im-*
itaq; mundi monarchiam ad Germanos tranſtulit, & Ca- *perij à Græcis*
rolum Magnum tanq̄ uirum Chriſtianiſſ. in Ro. Impe- *ad Germanos,*
ratorē declarauit, & diademate coronauit, Fuit enim Ca- *in perſonā Ca-*
rolus Germanus & in Germania opido Ingelhaim, cis *roli Magni.*
Rhenum, natus ex patre Pipino Galliç & Germaniç Re-
ge puto Franciæ oriētalis & occidentalis &c. Queadmo-
dum & hodie monarchia & imperium Ro. apud Germa-
nos eſt, Is etiam Saxones Idolatras deuicit, & ad fidē co- *Saxones Idola-*
git, Hieroſolymam recuperauit, & Chriſtianis reſtituit, *træ ad fidē coa-*
ac præſidijs & munitionibus firmauit. Blon. Deca. 1. lib. *cti.*
vlti. Deca. 2. li. 1. Naucle. genera. 27. & 28. Erat etiam
Carolus doctorum uirorum conquiſitor diligentiſſ. habe-
bat & Alcuinum anglum in præceptorem uirum quidē,
in Theologia & philoſophia tunc temporis principē, cui-
us nutu Gymnaſium e Roma ad Parriſios translatū fuit,
quod etiam ab Athenis eo loci delatum fuerat, Cui dum
ſemel Carolus dixiſſet, utinam haberem duodecim cleri-
cos tam doctos q̄ fuere Auguſtinus & Hieronymus, Re-
ſpondit Alcuinus, Creator cœli & terræ ſimiles illis tunc
plures non habebat, modo tu uoles habere duodecim,
quod gratanter audiuit ſapientiſſ. princeps reſponſumq;
laudauit, Eodem quoq; tempore, Claudius, & Ioañes de *Duo Scoti ſa-*
Hybernia Scoti Bedæ diſcipuli uiri diuinarum & huma- *pientiam uena-*
narum literarum eminentiſſ. qui inter mercatores quotti- *lem uociſera-*
diē clamabant, Si quis ſapientiæ cupidus eſt ueniat, Res *bant.*

 ad Ca-

ad Carolum Imperatorē defertur, uocatos interrogauit, ſapientiam an ne uenalem haberent, inquiūt ſic, Carolus quid nam pro ipſa peterent, at illi reſpondentes, loca tantum opportuna, & animas ingenuoſas ac alimenta, quos magno gaudio Impator ſuſcepit & gratia & honore proſequutus fuit, tandem, Aquiſgrani fœliciter obijt. Nauc. genera. 28.

Scotorum pia reſponſio.

Perſequutio Eccleſie Sub
Conſtantino quarto Imperatore.

CONſtantinus quartus (alias Conſtans appellatus) anno. 740. Imperio ſucceſſit, imperauit annis. 33. Qui licet patrem haberet peſſimum, ipſe tamen nequior, uterq; erroribus atq; hereſi deprauatus, Leo quidem ab hereticis ſeductus, in odium eccleſiæ & Ro. ponti. ſanctorum imagines ubicumq; per Ro. imperium tollendas edicto publico ſanciuit, Cōſtantinus uero ut a iuuentute maleficijs, & magicis artibus luxurijſq;, deſeruiens, apertum ſe hoſtem Chriſti & eccleſiæ oſtendit, omnemq; religionē & pietatē prorſus abolere & exterminare niſus fuit, imagines crucifixi & ſanctorum ſibi preſentari cogit, quas in medio ciuitatis concremari precipiebat, & quamuis multi de populo huic impietati non conſentirent, illos immediate decollari iubebat, Clericos quoſcunq; & monachos etiam ſeculares Catholicos (ſuaſu Anaſtaſij heretici, Cōſtātinopolitani patriarchæ) interfecit, & nec hominē unū monaſtico ſchemate amictum deſeruit, monaſteria quecumq; a fundamentis deſtruxit, uirgines uero in communes militum domos ſanciebat, ſacros libros uaſaq; ſacra cremari precepit, & alia infinita ſcelera et tyrannides exercebat, tandem Conſtantinus plaga diuinitus percuſſus, quæ

quæ ἄνθραξ appellatur, miſerabiliter occubuit, clamans, uiuus adhuc igni ſum inextinguibili traditus, Eutr. li. 23. Nonnulli eum Elephantię morbo interijſſe ferunt. Blon. Deca. 1. li. 10. Pau. Conſtan. Naucle. genera. 27. habuit etiã Cõſtãtinus uxorẽ Chriſtianiſſ. noie Hyrenẽ Bauaro rũ ducis filiã, quę male heretico iũcta fuit, Nauc. gen. 25. *Cõſtãtini quæ ſi interitus.*

COETANEI.

Benedictus Mediolanen. Archiepiſcopus uir diuinarum & humananarum literarum eruditiſſ.

Bonifacius Maguntinen. epiſcopus exemplo, doctrina & ſanctitate clarus, tandem in Africa pro Chriſti nomine a Mahumetanis martyriũ pertulit.

Et per ea tempora ſedes epiſcopalis Herbipolen, initium ſumpſit.

S. Kilianus martyr.

S. Othmarus abbas.

S. Wilibaldus epiſcopus Eyſtetes.

S. Walpurgis.

S. Sebaldus, omnes uita & ſanctitate inſignes habiti.

Egidius philoſophus, Græcus, Monachus, ſciẽtia et religiõe cõſpicuus

HAERETICI.

Anaſtaſius patriarcha conſtantinopolitanus, hereticus, qui honoranda & uiuifica ligna tenens iurauit populo dicens, per eum qui in ipſis affixus eſt, ſic dixit mihi Imperator Conſtantinus aſſeuerans, Ne exiſtimes filium dei eſſe quẽ Maria peperit, qui dicitur Chriſtus, Sed purum hominem, Maria enim peperit eum ſicut me peperit mater mea, tandem poſt multa mala miſerabiliter interijt in paſſione cordapſos fatigatus, cum ſtercus per os euoluiſſet dignam uindictam exoluit. Eutrop. li. 23. *Anaſtaſij heretici interitus.*

Feliciani a quodam Felice, docentes imagines eſſe tollendas ab eccleſia, dicentes idolatriam eſſe imagines in tẽplis habere ſiue Chriſti, ſiue aliorum Sanctorum, tandem per Concilium uniuerſale Franckfordiæ celebratum hęc hereſis exploſa & dãnata fuit, Blon. Deca. 2. li. 1. Aemil. li. 2. Platina. Regino. li. 2. temporũ. Alfon. tit. de imaginibus, a principio.

Sub Henrico Ter-
tio Ro. Imperatore.

ANno a natiuitate domini. 1057. Hēricus, licet ado leſcens, ab electoribus Cæſar & Auguſtus electus, & publicatus fuit, imperauit annis. 48. Bohemos ſuperauit, & tributarios fecit, ſed de eccleſia et Romano imperio non bene meritus fuit, tandem a filio ſuo iuniore prelio ſuperatus & profligatus, prę triſticia moritur. Blon. Deca. 2. lib. 3.

CONTEMPORANEI.

Bruno herbipolen. epiſcopus, uir doctrina & ſanctitate inſignis.

S. Iuo iureconſul. Aduocatus pauperum.

Petrus Damianus doct. Theolog. cardinalis & epiſcopus, eius plura extant uolu. tandem epiſcopatū deſeruit, & heremiticam duxit uitā.

Anſhelmus Cantuarien. Archiepiſcopus uita & doct. clarus.

Bruno philoſophus, & Theolog. doctiſſimus, canonicus, & preſbyter, relicto ſeculo cum ſeptem ſcholaribus ſuis peritiſſ. in heremū Carthuſiæ ſeceſſit, ſicq; ordo Carthuſien. ab eo ſumpſit initium. Armil. li. 5. Pau. Conſtan.

Robertus uir doctrina & religione clariſſimus, Burgundiæ in heremo Ciſtertij, ordinem Ciſtertien. inſtituit.

Lanfrancus Iureconſul.

Honorius preſbyter Theol. extātq; plura eius edita.

Hermannus Cōtractus, Comes, Sueuus, Monachus, Orator S. Benedicti, philoſophus, Rhetor. poe. Muſicus & Aſtrolo. nulli ſui temporis ſecundus, Latinæ, grecæ & Arabicæ doctiſſ. cuius diuerſa eminent opera, ediditq; Cantica plurima, uidelicet, Salue Regina miſericordiæ Alma redemptoris mater, & alia multa.

Petrus Alfonſus Iudaiſmo relicto, baptiſatus fuit in philoſophia, et diuinis literis eminentiſſ.

Ioannes Serapion Medicus.

Iſaac Beymiram medicus.

Raſis Africanus medicus.

hereſis

Berengaria a Berengario doctore, Andeganeñ. archi-diacono, qui per hæc tempora, cum diu apud multos uita & doctrina clarus haberet, ob doctrinæ ſuę amplitudinem primo confuſus in Euchariſtię Sacramento turpiter errabat, & multorum animos ſuo errore inficiebat, tandẽ diuina reuocatus miſericordia, doctiſſimorum etiam uirorum ſaniori informatione ductus errorem, agnouit, & in publico concilio reuocauit, uerba habentur de conſe. diſ. 2. c. ego Berengarius. Blon. Deca. 2. li. 3. poſthæc omnia bona ſua pauperibus diſtribuit & ſe pauperrimum effecit, reliquum uitæ ſuæ celeberrime conterendo, Bergomen. li. 12. Alſon. tit. de Euchariſtia. hereſi. 4.

Sub Frederico Imperatore.

FRedericus primus Romanorum Imperator, cognomento Aenobarbus ſeu Babaroſſa appellatus, anno domini 1153. Imperio ſucceſſit, imperauit annis. 37. Vir glorioſus, magnanimus, largus, facundus, ſtrennuus, atq; bellicoſus, In Syriam expeditionẽ ſumpſit & per Vngariam iter faciens Conſtantinopolim peruenit, ubi Yſaac, græcum Imperatorem offendit, qui Frederici territus potẽtia, in Boſphorum traiecit, Fredericus inde Philomenam urbem de Turcis accepit, Iconij agrum uaſtauit. plurimaſq; Barbarorum nationes deuicit et proſtrauit, Armeniam minorem totam occupauit, & in ſuam poteſtatem redigit, Sicq; ibidem dum rapidum in amnem ſudoris lauandi gratia deſcendiſſet, mox ab aquis ſuffocatus eſt, de cuius itaq; geſtis. Blõ. Deca. 2. li. 5. et 6. Aemil. li. 6. Plat.

Yſaac græcorum Imperator.

Frederici primi interitus.

Naucle. genera. 38. Quidam tamen nonnullas diſſenſiones inter ipſum & Roma. Pont, quorundam malignorũ aulicorum ſuggeſtione, ab utriſq; irrepſiſſe referunt, ut tandem Adrianus idem Ro. Pont. dixit, Quod nemo miſerabilior ſit Ro. Pont. tantaſq;, ſede illa, miſerias inueniſſe, ut collatis temporibus, preſens uita in Põtificio, amaritudo ſit ad poteſtatem, intuliſſeq; quod ambire ſummum pontificatum, & nõ ſine fraterno ſanguine ad illum aſcendere, ſit Romulo ſuccedere in parricidijs non Petro in ouibus paſcẽdis, Idem quoq; Noruegiam predicando et bene monendo ad Chriſti fidem reuocari procurauit, ob eam itaq; modeſtiam, Naucle. ipſe, non mediocri admiratione ducitur, quomodo a Frederico, iuxta ſequeñ. ipſius Epiſtolam reprehendi meruerit, cuius iſte tenor eſt.

Dictum Adriani.

Frederici ad Adrianũ Ro. Pon. Epiſtola.

Fredericus dei gratia Roman. Imperator ſemper Auguſtus, Adriano Eccleſię catholicę Pontifici omnibus illis adherere quæ cepit Ieſus facere & docere. Lex iuſtitiæ unicuiq; quod ſuum eſt reſtituit, nõ enim parentibus noſtris derogamus, quibus in hoc regno noſtro debitum exhibemus honorẽ, a quibus uidelicet, progenitoribus noſtris, & Regni dignitatem ſuſcepimus & coronam, Nunquid tempore Conſtantini Siluefter regalis aliquid habuiſſe dinoſcitur, ſed eius pietatis conceſſione libertas cõceſſa eſt eccleſiæ, pax reſtituta, & quicquid papatus ueſter habere dinoſcitur, Principum largitione obtinet, Ab his autem quæ dei ſunt per adoptionem & regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia Sacramenta non exigamus ab Epiſcopis, cum ille noſter & ueſter inſtitutor ab homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens, qui pro ſe & Petro cenſum Cæſari perſoluit, Exemplũq; uobis dedit ut & ita faciatis, docet uos dicẽs, diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, aut igitur

Cauſſa diſſidij

Regalia

Regalia dimittant, aut ſi hæc utilia iudicauerint, quæ dei deo, quæ Cæſaris, Cæſari perſoluant, Cardinalibus utiq; ueſtris clauſę ſunt eccl'æ, & nō patēt ciuitates, q̄a nō inuenimus eos predicatores, ſed predatores, non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores, non orbis reparatores, ſed auri inſaciabiles corroſores, Cum autē uiderimus eos quales requirit eccleſia portantes pacem, illuminantes patria, aſſiſtentes cauſæ humiliū in æquitate, neceſſarijs eos ſtipendijs & cōmeatu ſuſtentare non differemus &c. de quibus latius apud Naucl. genera. 39. Quod tandem negotium per Germanos principes optime paccatū fuit.

COETANEI.

Thomas Cātaurien. Archiepiſcop. uita, doctrina & ſancti. clariſſ.
Ioannes Carnoten. Thomæ Cantuarien. diſcipulus doctri. & eloquen. inſignis.
Petrus Bleſen. Archidiaconus diuinarū & humanarū literarū doctiſ.
Rupertus Buconien. Epiſcopus ea tempeſtate in philoſophia, aſtronomia & Theologia facile princeps ut eius teſtantur monumenta.
Guilielmus Abbas Or. Ciſtertien. eruditiſſ.
Ioachim magnus abbas uita & doctri. clarus.
Hildegardis abbatiſſa uirgo egregie docta, uita & ſancti. illuſtris, eiuſq; extant edita.
Petrus Longobardus Theolo. doctiſſ. Epiſcopus Pariſien. ſententias conſcripſit.
Petrus Remenſis Theolo.
Gratianus decretorū compilator.
Auicenna. Zoar. Auerrois. Ioānes Meſue, phyſici doctiſſ. Et eo tēpore *S. Bernhardus cōceſſit ad ſuperos.*

HAERETICI.

Vualdenſes ſiue pauperes de Lugduno, a Vualdo ſeu Vualdone ciue Lugdunē. ortū trahentes, qui relictis bonis omnibus Euangelicā paupertatē modis omnib. ſeruare ſtatuerunt, unde cum Vualdo, licet indoctus eſſet, nonnullos tamē uulgares libros conſcribi fecit, quibus nō ſane intellectis, ſuo inflatus ſpū predicandi munus aſſūpſit

Congregatis itaq; innumeris diſcipulis, plurimos diſſemi nare cepit errores, monitus etiam ab eccleſiæ prepoſitis, Ipſos aſpernari fecit reſpondens, deo magis q̃ hominibus obedire debere, tandem patria propellitur. Ene. Syl. de Ori. boe. c. 35. Nico. Eme. li. Inquiſi. Alfon. tit. de Baptiſmo hereſi. 7. & alijs.

Sub Frederico ſecundo
Romano Imperatore.

FRedericus. 2. Ro. Imperator anno 1212. ſucceſſit Imperio, Rexit annis. 33. et quidem male de Ro. eccleſia meritus fuit, ob eam rem etiam diuerſis periculis, & calamitatibus agitatus, De quibus Blon. Deca. 2. li. 7. Aemil. li. 7. Plati. Naucle. genera. 41. & 42.

CONTEMPORANEI.

Dominicus uir doctri. et Sancti. clariſſ. contra Albienſes hereticos ſtrenue pugnauit, eoſq; gladio uerbo dei compeſcuit.
Iacobus de Vitriaco Epiſcopus, uir doctiſſ. Albien. hereſeos profligator ardentiſſ.
Franciſcus Seraphicus uita et Sancti. celeberr.
Ioannes Bonus diui Franciſci preceptor.
Eliſabeth et Clara, uirgines Sanctimonia inſignes.
Cirillus græcus Carmelita Theol.
Iordanus Theolo.
Anthonius de Padua theolo.
Petrus Veronen. monachus Theo, apud Batlaſinam oppidum ab Arrianis hereticis martyriũ pertulit.
Vincẽtius Gallus Theolo. et hiſto.
Alexander de Ales Theolo.
Gregorius. 9. circa ea tempora decretales cõpilari fecit auxilio Raymundi de penna forti & Hugonis Barchimonen.
Bernhardus Compoſtellanus canoniſta.
Henricus hoſtien. Cardinalis canoniſt.
Guernerius ſiue Hyrnerius Iureconſul.
Bagaroſus quidẽ Bagarotus Iu. cõ.

Placen-

Placentinus Iu. con.
Ioannes Bozianus Iu. con. Azonis preceptor.
Azo. Iu.con.celeber.
Accurſius Iu.cō. Azōis diſcipulus.
Roſre. Iu.con.
Egidius de fuſcaris canoni.
Hubertus Lombardus Iu.con.
Bartholomeus Brixianus canoni.
Bernardus Dorna Iurecon. Azonis diſcipulus,
Iacobus Balduini legiſta Odafredi diſcipulus.
Elymandus hiſto.
Guido Bonatus Aſtrolo.
Godofredus Iu.con.
Alexander de uilla dei Or.Minorū philoſophus, & aſtrolog. peritiſſ, cuius in eo ſcibili præclara eminent opera.
Circa ea quoq; tempora iniciantur & confirmantur ordines Carmelitarum, fratrum Minorum, Prædicatorum, & Eremitarum S.Auguſtini.

HERETICI.

Albienſes, ſiue Albigenſes, in Theoloſana Albienſi ciuitate Galliarum regione pullulare ceperunt, quorum ſummariæ obſeruationes erant, reſurrectionum corporū negare ſicut realiter negabant, ſuffragia mortuis detrectabant, in eccleſijs orare nihil prodeſſe uolebant, ſacramentum Euchariſtiæ blaſphemantes, baptiſmum reijcientes, quę inꝗ hereſis tantundem ſuccreuit & inualuit, ut breui tempore mille loca & oppida infecerunt, quod ſi brachiū ſeculare gladij animaduerſionē non proſpexiſſet, totā Europā ſubuertiſſet, in ciuitate itaꝗ Biders infandam exercebant ignominiam, Super miſſalia namꝗ & ſacri Euangelij uolu. uentris onera ſoluebant, ſiue cacabant, urināꝗ ſpargebant Poſtea de muro illa, contra Chriſtianos deijcientes ac ſagittas deſuper mittentes clamabant, Ecce lex ueſtra miſeri, tum plurimi in Toloſona ciuitate & ibidem in eccleſia maiori iuxta altaria uentrem purgabant, inde ſe ad Pallas altaris detergebant, alij ſuper altaria ſcorta ponentes ipſiſꝗ abutentes, Alij ſacram crucifixi imaginem diripiētes, brachia eiuſdē amputantes, colloꝗ fune ligato *Ecce lex ueſtra.*

per plateas hincinde magnis blaſphemijs trahebant, tandem Ro. pontifex totius Chriſtianitatis auxilium implorauit, & contra hereticos crucem domini prædicari indixit, erant enim tunc qui armis eam ſectam tueri adnitebātur, qua comes Toloſanus notabatur infamia. Auxiliantibus itaqꝫ ſummo Pontifice, rege Gallorum, cuius uices Simon comes a Mōtfort gerebat, & diuerſis principibus Germanorum ſecularibus & eccleſiaſticis: Hæc hereſis extirpata eſt, & ut Anto. in ſpecu. hiſto. 3. parte ti. 19. c. 1. refert octo millia catholicorū, centum millia hereticorum ceciderūt, de quibus latius apud Vincen. Blon. Deca. 2. lib. 6. Plati. Aemil. li. 6. Alfon. tit. de anima, hereſi. 7. & alijs.

Octo millia catholicorum, cētum millia hereticorm ceciderunt.

Ludouicus rex Franciæ, Auiniōe propter eam hereſim qua incoli erant infecti, muros deiecit, Rober. de Gagni. li. 7. Pau. conſtan.

Platina habet Hilminolinus, Blon. Deca. 2. li. 6. Ilmalmolinus. Bergomē. Hymelinus. Naucl. & alij Memellinus habent.

Memellinus rex Affrice, Tyrannus, Sarracenus & hereticus, quē hac tempeſtate Abienſes heretici auxilio inuocabant, Is quidem potentiſſ. magno comparato exercitu in mari & terra, in citeriorē hiſpaniam traiecit, primaqꝫ ad Toletū caſtra fixit, in quibus dum ageret bellum publice omnibus catholicis indixit, Innocētius tunc Ro. pō. ſalutem æternam publico pollicitus eſt edicto, cūctis cruce inſigniendis in illam Barbariem pugnaturis, conueneruntqꝫ ad edictum poſt Hiſpanos primi omnium Gallici, eo plures paratioreſqꝫ quo cæteris ſunt nationibus propinquiores, Sed cognita in uicinis populis elatio, eos ita diſiunxit, ut Hiſpani ſoli potius periclitari, qꝫ Gallorum auxilio ſalui eſſe uoluerūt, in quorum caput ſua illico impacientia conuerſa eſt, quod Ilmalmolinus inaudito uſus uictoriæ curſu, utramqꝫ Hiſpaniam peruagatus, latiſſimis omnia incendijs populationibuſqꝫ fœdauit, adeo, ut hinc

Arelatum

Arelatum,inde Auiniōem Gallicas urbes illud idem adflauerat incendium, & ut ſumma rerũ faſtigia ſequamur, Quatuor hiſpani reges,Caſtellę,Arragonię,Portugalię, Nauarræ, Vnitis in caſtra copijs, una Ilmalmolino congreſſi ſunt, in cuius exercitu ingentem ediderunt occiſionem,& ut Cæſarius,alijq́; plurimi uolunt,ſexaginta millia perierunt,fugienſq́; Ilmalmolinus in Beticam, inde,Blon. Deca.2.lib.6. Plati. Naucle. Sed ut Cæſarius refert,in Sicilia propter cladē paſſam dolore affectus, mortuus eſt. *Sexaginta millia occidiōe perierunt.*

Almarici heretici ab Almarico doctore, epiſcopo Carnoteñ.heretico,qui cũ apud Pariſios non parua doctrina uigeret, docuit quoſq́; Chriſtianos mēbra Chriſti corporis eſſe,affectiōi ſubiectos fuiſſe,cũ Chriſtus pateretur,ſed error huiuſmodi Pōtificis Innocen. ſtudio damnatus eſt, e qua ignominia Almaricus paulo poſt deceſſit,Quidam poſtea huius accenſi ſtimulis, nouos & inauditos errores cōſinxerunt,& diſſeminabant, inter cætera namq́; aſſerebãt dei patris poteſtatē duraſſe q̃diu lex Moſaica uiguit, Pręterea quia ſcriptum ſit nouis ſuperuenientibus uetera proijcietis, poſtq́; Chriſtus uenit abſoluta dicebant omnia ueteris teſtamenti myſteria, & uiguiſſe eius legē,uſq́; ad prędicationis tempora, tunc dicebant noua ſacramenta finem habere & ſpirituſſancti tempus aduenīſſe, Cuius gratia,baptiſmum,confeſſionem, eucharīſtiam & alia ſacramenta,de cętero locum non habere,ſed unumquemq́; per ſpirituſſancti gratiam regi interius,& ſine aliquo exteriori actu poſſe ſaluari.charitatis quoq́; uirtutē ſic ampliabant,ut id quod alias peccatum eſſet,ſi in charitate fieret, iam illud non eſſe peccatum,unde & ſtupra, adulteria & diuerſas corporis uoluptates nomine charitatis perpetrabãt,mulieribus etiã cum quibus peccabãt,& ſimplicibus *Leuiti.26.*

quos decipiebant impunitatem promittebant, Deũ tan‑
tũmodo bonum & iuſtum prædicabant; Tandem pluri‑
mi huius ſectę ſacerdotes, clerici, & laici utriuſq; ſexus ca‑
pti, Pariſios ducti, Congregato ibidem concilio, publice
cõuicti ſunt & condemnati, Clerici degradati, & brachio
ſeculari traditi, iuſſuq; regis tandem incinerati, mulierib.
autem et ſimplicibus deceptis parcitum fuit, Hereſiarcha
vero Almaricus, licet iã fuiſſet in pace eccleſię, ut putaba
tur, ſepultus, quia conſtiterat ſectam huiuſmodi, ab ipſo
originem duxiſſe, cõdemnatus eſt a Concilio, ac de ſacro
cimiterio eiectus, eiuſq; cinis & oſſa diſperſa ſunt, Naucl.
genera. 41. Ceſa. in Dialo. diſ. 5. Alfon. tit. de Adam &
Eua, hereſi. 3.

Heretici incinerãtur ſeu cõburuntur.

Sub Alberto Imperatore.

ANno domini. 1298. Albertus Ro. Imperator, dux
Auſtriæ &c. imperare cepit, rexit annis decem, uir
utiq; bello & armorum ſtrenuus, qui dum aliquoties cõ‑
firmationem a Bonifacio. 8. Ro. pon. poſtulabat, eidem
Bonifacius reſponderit ipſum indignũ imperio, & tenẽs
coronam in capite, ac ſpatham ad latus dicens, Ego ſum
Cæſar, poſtea tamen in odium regis Franciæ cõfirmatus
eſt, quem etiam regẽ, idem Pon. priuauit & regnũ ipſius
Imperatori cõceſſit, de quibus latius Blon. Plati. Rober.
de Gagui. Tandem propter uſurpationem dominij Ky‑
burg a coniunctis transfoditur, Aemil. li. 8. Naucle. ge‑
nera. 44.

Et ea tẽpeſtate ſextus decreta. liũ iuſſu Bonifacij illius editur.

CONTEMPORANEI.

Albertus Magnus Lagingen. na-tus, Ratiſponen. Epiſcopus philoſo-phus, & Theolog. doctiſſ.
Thomas de Aquino eius diſcipulus uita, & doctr. celeber.
Bonauentura Minorita ſcientia, et ſanctitate clarus.
Haymo Anglicus Theolog.
Petrus Hiſpanus philoſophus acu-tiſſ.
Guilielmus Pariſien. Theol.
Ioannes Scotus Minorita Theolo. doctor ſubtiliſſ.
Franciſcus Maronus Theolo.
Nicolaus de Lyra Theolog.
Guilielmus Occam Theolo.
Ioan. de S. Geminiano theolog.
Raynerius piſanus Theolog.
Alanus Theolog.
Richardus Malumbra Theolog.
Gerardus Bononien. Theolog.
Michael de Ceſena Theolo.
Guilielmus durandi Theolog.
Rochus uita & ſanctitate celebris.
Et hac tempeſtate Clementinarum liber à Clemen. H. Ro. Pon. editur.
Dynus iureconſul.
Iacobus de Beluiſo iureconſul.
Petrus de Bellapertica iureconſul.
Iacobus de Arena iureconſul.
Nicolaus de Neapoli iureconſul.
Franciſcus Accurſius iurecon.
Iacobus de Rauenna iureconſul.
Martinus Syluani iurecon.
Ioannis Andreæ præceptor.
Oldradus iureconſul.
Ioannnis Andree iureconſul.
Cynus, & Ioannes Calderini Iureconſulti eius diſcipuli.
Lambertinus de Rampo.
Iureconſul. quem Ioan. An. c. Si pa ter. de teſtor. lib. 6. plurimum com-mendat.
Guilielmus de Cumo Iurecon.
Raynerius Forliuien. iureconſul.
Bartoli præceptor.
Franciſcus Petrarcha ora & poe. inſignis.
Dantes poe.
Dynus de Garbo phiſicus.
Thadei Florentini diſcipulus.
Gentilis Fulginas phiſicus.
Ioannes de Monteuilla phiſicus.

HAERETICI.

TEmplarij milites, quorum ordo ut plurimi tradunt ſub Henrico quarto, et Gelaſio primo Ro. Pō. apud Hieroſolimam ortum duxit, & ducentos ferme annos du rauit, hi primum deuotionis gratia Hieroſolimis non lon ge a dominico ſepulchro habitantes peregrinos Chriſtia-

nos ingenti humanitate ſuſcipiebant, atq; eos per ſacra loca armati deducebāt, ac ſine aduerſariorum moleſtia reducebant, hos namq; uita, fide, & gratia inſignes multi peregrini in Europam redeuntes commendabant, & eleemoſinas magnas, donariaq; largiſſima eis cōferebāt, hi in principio cum mantellis albis & cruce rubea incedebant, & ut plurimum natione Gallici erant, quibus & Beatus Bernardus abbas regulam compoſuit obſeruandam, verumtamen cum iſtis temporibus, impietatis accuſati fuerant, uidelicet, quod ad Sarracenos defeciſſent, & Chriſtianis aduerſari cepiſſent, ipſorumq; fraude omnis Hieroſolimæ dictio turcis ceſſerit ac plerumq; in multis uitijs propter temporalium abundantiam prolapſi fuiſſent, tandem a Catholicis comprehenſi tanq; infideles & hæretici omnes in Syria interfecti ſunt, & nedum in Syria, uerum in Aſia & Gallia ubiq; exterminati, bonaq; eorum opulentiſſi. Rhodij militibus applicata ſunt, Quorum etiam ſummus Magiſter in Hieruſalem ſedem principalem habebat, Blon. Deca. 2. li. 9. Naucle. genera. 44 Bergomeñ. li. 12.

Templariorū interitus.

Dulcinus et Margarita coniuges in Comitatu Nouarien. prouinciæ Lombardiæ Hereſim peſſimam diſſeminare ceperunt, Volebant namq; omnia eſſe communia, etiam ad commixtionem mulieres, quod itaq; peccatum eſſe nolebant, ſed actum charitatis, Qui uſq; ſex millia utriuſq; ſexus hominū ex uallibus, uicis, & oppidis ad ſe tractos, & ſimul habitantes in omnem luxuriam prolabebantur. Quæ inq; hereſis duobus annis durans ex quibus nonnulli uictus, paupertatis, & incomodorum tedio reuertebantur, perſeuerantes autem, in alpibus concluſi, ubi tandem partim armis, nonnulli frigore et inedia perière, Captis deniq; Dulcino et Margarita Vercellas perducuntur

Hæreticorū interitus.

cuntur

cuntur, lacerantur, & comburuntur, Ex his tamen reliquię in annos aliquot remāſere, Origo Boemicę maculę, Blon. Deca. 2. li. 9. Naucle. genera. 44. Bergomeñ. li. 13.

Sub Carolo quarto Roma. Imperatore.

CArolus quartus Roma. Imperator, anno 1347. ſucceſſit Imperio, Rexit annis. 31. Vir multarum liguarum et literarum peritiſſ. Iuſtus, et rectus ac timēs deum, bonos diligens, malos perſequens, nonnullas etiam leges quas Carolinas appellamus condidit, Monaſteria & diuerſas eccleſias fundauit, ſtudiumq; uniuerſale in Praga ciuitate erexit, ac rempub. Chriſtianam mirum in modū auxit, dumq; anno. 1359. In ciuitate Maguntineñ. cum Archiepiſco ibidem, ac Colonieñ. & Treuereñ. ſimiliter Archiepiſcopis colloquium haberet, miſerat tunc Innocentius Rom. Pont. Legatum ſuum pro ſubſidio Camere cum pluribus facultatibus diſpenſandi cum clericis, ad beneficia curata & non curata, ad dignitates & officia &c. Vocabat tandem Imperator Legatum & audiuit eum ſuper commiſſis negocijs. Quo facto dixit Imperator, Domine Legate Papa miſit uos in Germaniam ad exigendas pecunias, ſed nihil in Clero reformatis, Aſtabat autem prope Cuno de Falckenſtain Canonicus eccleſiæ Maguntineñ. cum capicio præcioſo aureis & ſerecis ligaturis cōſito. Cui Imperator, preſta inquit, mihi capitium tuum & depoſito ſuo capitio, Imperator Cunonis imponebat capitium, ſuumq; uilius Cununi dedit, principibus dicens, an non in Cununis capitio ſimilis ſum plus militi ꝙ clerico, Deinde Cunoni capitium reſtiſtituit, uerſoq; ad Archiepiſcopum Maguntineñ. ait

Pragen. ſtudij inicium.

Legatus Pōt. miſſus pro ſubſidio Cameræ.

Verba Imperatoris ad legatum.

Ecce iocū pientiſſ. Imperatoris.

Imperator præcipit, ut clerus Maguntinen. per Archiepiſcopum reformetur.

domine Archiepiſcope, uobis præcipimus ſub ea fidelitate qua nobis aſtringimini quatenus reformetis, clerum ueſtrum, ut abuſum in ueſtibus, calceis, capillis, ac uitę uſu tollant, quod ſi non fecerint, mandetis fructus beneficiorum ſuorum occupari, & Fiſco noſtro preſentari, quos uoluntate Papę in honeſtos uſus conuertemus, quibus auditis Legatus citius diuertit, Inde Imperator Norinbergam conceſſit, ubi magna orta fuerat ſeditio, Magnatibus quidam, & Conſiliarijs ibidem Imperatori adherentibus populus communis rebellarat, & contrarium ſentiebat, quorum auctores quidam de Fabrorum collegio erant, Tandem Imperator negocium paccauit, depoſitis enim Collegijs, ſiue Conuenticulis artificum (uulgus, zynfften) tanꝗ Monopolia promouentibus, ceſſauit ſeditio, factio, & diſſenſio. Sicq; Imperator ciuitatem in meliorem politiam redegit, Macellariorum autem Collegium, quia Imperatori, & Conſulatui adheſerant, perpetuo quodam Carniſpriuiali ludo priuilegiauit. Poſtea Comitem Eberhardum a Vuirtemberg, qui ſuper uiginti quatuor ciuitates Imperiales ab anteceſſoribus Imperatoribus aduocatus, & defenſor datus fuerat, quas exactionibus crebris uexabat, expugnare cepit, demum interponentibus ſe quibuſdam principibus negocium compoſitum fuit, Ita quod Imperator. Alen Opidum (quod Comites ab Otingen pro uiginti millibus Florñ Comiti de Virtemberg impignorauerant) retinuit, & cum Imperio manſit, Tandem Imperator ætate grandeuus ſaluti propriæ conſulens, Venceslaum filium natu maiorem Cæſarem faciẽs Imperij ſucceſſorem ſibi delegit, & ſic ſimul octo annos Imperantes poſtea Chriſtianiſſime moritur. Iaco. de Magun. Naucle. genera. 46.

Imperator Norinbergæ ſeditionẽ paccauit.

Cauſa diſſidij Norinbergen. paccata.

Macellarij Norinbergen. ludo pꝑetuo condonati.

Eberhardus Comes à Wirtemberg.

Comites ab Otingen.

Coetanei

Gregorius de Arriminio theol. eximius ſtudij Parriſien. ſui temporis Rector.
Thomas de Argentina theolo.
Simon de Caßia theolo.
Matheus Polonus theolo.
Gerardus Teutonicus theolo.
Iacobus de Iaſona theolo.
Gerardus Senen. theolog. & canoniſta.
Albertus Roſatus Iureconſul.
Paulus Peruſinus Iu. conſul.
Bartolus Saxoſerraten. ſui temporis Iureconſul. princeps, Cyni & Iacobi Butrigarij diſcipulus.
Franciſcus de Albergotis Iurecon. Bartoli amiciſſ.
Thomas Florentinus medicus.
Ioannes Bocatius poe. philoſophus, & aſtrono. peritiſſ.
Et ea tempeſtate Brigitta eminẽtis ſanctitatis uidua ordinem inſtituit, & confirmari impetrauit.

HAERETICVS.

Bertholdus de Rœrbach Beghardus, hic antea herbipoli quoſdam articulos reclamauerat, uidelicet quod Chriſtus in paſſione ſua ſic fuerit a patre derelictus, quod præ nimio dolore dubitauerit de ſalute animæ ſuæ, Secũdus quod Chriſtus in cruce propter nimiam paſſionem & dolorem matri ſuę maledixerit, Tercius quod maledixerit terræ quæ ſuſcepit ſanguinem ſuum de cruce. ꝑpter promiſſa fugiẽs ad dioceſim Spiren. ubi hoſce aſſeruit articulos, addens etiam quod homo in hac uita tanti proficere poſſit, quod nec orare, nec ieiunare eum oporteat, Itẽ quod homo deuotus in perceptione cibi communis tantam poſſet conſequi gratiam, quantam in euchariſtiæ ſacramento, Et quia relapſus fuerat, tradebatur brachio ſeculari & concrematus eſt, Naucle. genera. 46. *Hereticus concrematur.*

Sub Sigiſmundo
Imperatore,

Sigiſmundus Ro. Imperator prædicti Caroli filius, anno 1410. imperare cepit, Rexit annis 27. uir quidam inclitus, in pace & bello magnanimus, ſtrenuus, liberaliſ. & Chriſtianiſſ. ſuſcepto itaq; impio, ſtatim comitatu maximo, uniuerſam ferme Galliam ciſalpinam ſedandi belli cauſa percurrit. Octo prelia contra Turcam tenuit, ſuiq; ſemper uictores euaſere, eccleſiam quoq; Catholicam in tres partes diuiſam, coacto apud Conſtantiã Sueuiæ urbem generali concilio ad unitatem redegit, mores deniq; Clericorum tum ſecularium nimia licẽtia labefactos ſuo hortatu induſtriaq; in meliorem reduxit ſtatum. Huſſitarum quoq; hereſim in Boemia & alijs locis compeſcuit, ac uiginti prelijs ſuperauit, ac proprijs ſedibus quieſcere compulit, tandem ſenio confectus, anno ętatis. 70. in Morauia feliciter obijt. Naucle. genera. 48. Bergomen. li. 14.

CONTEMPORANEI.

Petrus Cretenſis minorita theolo. eximius, Cardinalis, tãdem in Ro. Pontificem electus, & Alexander quintus nominatus, annum circiter unum ſedit, Hic Alexander adeo liberalis fuit in pauperes, ut nihil ſibi reliquerit, quodq; per iocum dicere ſolitus fuit, ſe diuitem fuiſſe epiſcopum, pauperem Cardinalem, mẽdicum Pontificem.

Vincentius theolo. uita & ſanctitate clarus de or. prædicatorum.

Ioannes Gerſon theolo: doctiſſ. & Chriſtianiſ. ſtudij Pariſien. cancellarius.

Baldus Peruſinus iurecon. doctor ſubtiliſ. Bartoli Ferratẽ. diſcipulus.

Angelus Peruſinus Iu. con. Baldi Germanus.

Bartholomeus de Salyceto Iu. con. qui ſua tempeſtate Ferrariæ uniuerſale ſtudium fundari procurauit. *Studij Ferrarien. initium.*

Petrus de Ancharano Iu. con. Baldi diſcipulus.

Anthonius de Butrio Iu. con.

Raphael Fulgoſius Iu. con.

Franciſcus Zabarella canoniſta.

Raphael Cumanus Iu. con.

Ioannes de Imola. Iu. con.

Paulus de Caſtro Iu. con.

Hema-

Henricus de Haſſia theolo.
Paulus Venetus theolo.
Bartholomeus de Vrbino theolo.
Henricus Oyta theolo.
Nicolaus de Gorran theolo.
Franciſcus de Rogatijs theolo.
Petrus Philargi theolo.
Iordanus theolo.
Iacobus Tolletanus theolo.
Petrus Italus theolo.
Laurentius Iuſtinianus theolo. Venetorum patriarcha.
Anthonius de Parma theolo.
Ioannes dominici theolog.
Petrus Cameracen. theolo, ſtudij Pariſien. cancellarius.
Nicolaus Vienen. theolo.
Andreas de Bilis theolo.
Hermannus Petra theolo.
Philippus de monte Calerio theol.
Auguſtinus de Roma theolog.
Nicolaus Bayocē. poe. philoſophus & theolo. inſignis.
Hemanuel Cryſolora latine et grece doctiſ. apud Florentinos publice legens, deinde ad Concilium Conſtantien. cum diuerſis ſcolaribus ſe conferens, ibiq; uita exceſſit, quem Pogius Florentinus melliflua ibidē oratione planxit.
Petrus Paulus Vergerius Iu. con. & orator diſertiſſ. eius diſcipulus.
Abbas Siculus Nicolaus nomine, cano. celeberr.
Ludouicus Pontanus Iu. con.
Nicolaus Florentinus medicus.
Marſilius Patauinus medicus.
Petrus Vbaldi medicus.
Bartholomeus mōtagnana medicus
Carolus Ethruſcus medicus.
Ioannes Rauennas grammaticus, & Rhetor.
Leonardus Aretinus eius diſcipulus hiſtoricus & orator.
Franciſcus Barbarus latine & grece eruditiſſ. Cryſolore diſcipulus.
Pogius Florentinus orator grece et latine doctiſſ.

HERETICI.

Ioannes Vuickleff in Anglia presbyter, hereſiarcha, qui erratibus haud quaq; a Græcanicis multo diſſidentibus totam ferme Angliam inceſtauiſſet, niſi Chriſtianiſſ. Rex Richardus dictis eius reſtitiſſet, infameſq; eius articulos. 43. damnari curaſſet, quibus peſtiferis dogmatibus omnis Bohemorum error coaluit, Fuit itaq; Vuickleff dū uiueret in gratia Eduardi Regis Anglorum, eoq; in uiuis *Richard. Rex Angliæ.*

tutus

Vuicclеff exhumatur et cõ crematur.

tutus euaſit,ſed defuncto Eduardo,& Richardo in regno ſuccedente,etiam Vuickleff mortuus exhumatur,condẽnatuſq; erroribus iã tunc concrematur. Ene.Syl.de Ori. Boe.Inter errores eius pręcipuos hi ſunt articuli,ſubſtantia panis,& uini materialis remanent in ſacramento altaris,Item Chriſtus non eſt in eodem ſacramento idemtice,

Errores Vuicleff.

& realiter in propria preſentia corporali,Item epiſcopus, uel ſacerdos exñs in peccato mortali non ordinat, non conſecrat,non conficit,non baptiſat, Item ſi homo debite fuit contritus,confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua,& inutilis. Item populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere,Item religioſe uiuentes in religionibus priuatis,non ſunt de religione chriſtiana,Item omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt, Item uniuerſitates, collegia,graduationes, & magiſteria ſunt uana gentilitate introducta,& tantum proſunt ęccleſiæ, quemadmodũ dĳ perditi,Item peccant fundantes monaſteria, & ingrediẽtes ſunt uiri diaboli, de quibus latius Thomas Valdẽ. in li.de Saturna. Alfon.ti.de adoratione.hereſi prima.& alĳs tit.

Guilielmus Albus presbyter,doctor,uxoratus, ſectator Vuickleficæ diſciplinæ, cuius inter alia hę fuere aſſertiones,feſtis diebus, dominicis,& feſtis diebus operari licitũ eſſe,Reliquias etiam ſanctorum minime uenerari debere.

Petrus Dreſenſis, & Iacobellus,profugi,& de Miſnæ opido expulſi propter Valdenſiũ hæreſim, tandem Pragam confugientes,Petrus puerorum ediſcendorum curã ſuſcepit,interim ambo peſtiferum uirus diffundentes, ritum communionis ſub utraq; ſpecie laicis inculcantes, & plura alia. Ene.Syl.de Ori.Boe.c.35.Naucl.genera.47 Alfon.tit.de Euchariſtia. hereſi ulti.

Ioannes Huſs in Pragen. Gymnaſio artiũ magiſter,

cuius

culus hæreſis inde ortum habuit, Studium namq; Pragen. in quatuor nationes diuiſum fuerat, Bohemos, Saxones, Polonos, & Germanos, Ferunt nonnulli Gymnoſophiſtarum numero uigintimillia fuiſſe, quidam trigintamillia aſſerunt, Inter quos Germanorum ultra quinq; millia degiſſe tradūt, qui itaq; præ alijs nationibus ipſius ſtudij regimen, & adminiſtrationem habebant, quod itaq; Bohemis, hominibus natura ferocibus, moleſtiſſimū erat. Ex quibus uir quidam nobilis, ex domo quam putri di piſcis uocāt, apud Oxoniam in Anglia Studens, Nicolaus nomine, Is exemplaria quedā Ioannis Vickleff. quibus de Realibus et Vniuerſalibus titulus, quę inter cetera de iure ciuili & diuino, de eccleſia, de diuerſis queſtionib⁹ contra clerum, & plura alia continebant, ad Pragam ſecū tulit, quæ Ioanni Huſs & alijs qui Germanos oderant cōmūicabat. Huſs itaq; acutus ingenio, lingua diſertus, maxime dialecticis nouis & peregrinis delectabať opiniōib. auide doctrinam hauriens, eaq; Germanos uexare cepit Sperans per hoc Studij regimen a Germanis recepturum, ut deinceps a Venceslao Rege concedebatur. Ob quod Germani doctores, Magiſtri & ſcolares commoti, uno die ſupra duo millia a Praga ad Lipſick diuertere, & ibidē uniuerſale ſtudiū erexere. Inde etiam plurimi Cracouiā deuenere, nonnulli Ertfordiam petiere, Alij poſtea Ingolſtadium ſubiere ſtudiaq; uniuerſalia quatuor ſucceſſiue conſtituerunt. Sicq; Pragen. Scholæ gubernatio Bohemis ceſſit, & Ioannes Huſs illius rector præficiebatur. poſtea prędicandi munus ſibi adſciuit, ubi Hæreſim Ioannis Vickleff, quam per tempus abſconſo habebat, palam exhibuit, illumq; omnibus magnifecit. Virumq; ſanctum celo dignum, quodq; illius umbram ſequi cuperet prædicabat, Sequebantur eum plures Clerici ære alieno

Pragen. ſtudium in quatuor nationes diuiſum fuerat.

Nicolaus putridi piſcis promotor Huſsitane hereſis.

Ex Praga quatuor Vniuerſitates profluxere, Lipſcen. Cracouien. Ertfordien. Ingolſtadien.

grauati,perfrictæ frontis & laſciui,ſceleribus & ſeditioni-
bus propenſi, ab eccleſia recedentes, nonnulli Vualden-
ſium errores amplectantes, Cognitis itaq; erroribus ma-
liſq; fructibus, Ioanni Huſs predicandi munus interdi-
cebatur, inde a Praga in Villam ſuã Huſs nominatam,
(quod anſerem ſignificat) diſcedens, permittente loci
domino ibiq; plebem docere, & odia contra clerum ſu-
ſcitare non deſtitit, Quo circa Romanus Pontifex, con-
tra Ladislauum Regem Apuliæ eccleſiam infeſtantem
bellum decernebat, Decretumq; huiuſmodi in Pragen-
ſi eccleſia publicabatur, quod dum ſordidæ artis homi-
nes Ioannes, Martinus, & Staſco audiuiſſent, Papam
Antichriſtum clamabant, quos poſthac Senatus incarce-
rari iuſſit, populus uero armis ſuſceptis illos liberos di-
mitti uoluit, Interim uero orationibus placati quiq; in do-
mum ſuam rediere, De incarceratis itaq; clam ſumptum
eſt ſupplicium, at cum ſanguis extra pretorij ianuam
defflueret, iterum populus accurrit, interfectorum corpo-
ra rapit, circumuoluta panno aureo per omnes urbis ec-
cleſias detulit, clamantibus eiuſdem ſectæ ſacerdotibus.
Iſti ſunt uiri ſancti qui pro teſtamento Dei ſua corpora
tradiderunt, uſq; ad ſacellum Bethleem appellatum,
tunc Ioannes Huſs in ſacriſtia ibidem corpora lauit, &
inunxit, ac pro ſanctis habuit & predicauit adeo, quod
ferme ſacellum hoc priſtinum nomen ſuum amiſerat,
Ita quod frequentius ſacellum trium ſanctorum q; Beth-
leem nominabatur, ob quam itaq; hæreſim tum alijs ur-
gentibus neceſſitatibus, CONCILIVM generale in ci-
uitate Conſtantien. indicitur, Sigiſmundi Imperatoris,
Caroli quarti Romanorum filij, natiõe Bohemi, origine
Teuthonici, Vngariæ & Bohemiæ regis, defuncto Ru-
perto Romanorũ rege, iuſſu, & Ioannis. 23. Romanorũ
Pont.

Senatus Pragenſis Ioanni Huß predicandi munus interdicit.

Ioannes Martinus Staſco Heretici incarcerati.

Bethleem Sacellum. Sacellũ trium ſanctorum.

Ioannes 23. Ro. Pont.

Pont. Auctoritate ceptum fuit, pro cuius frequentatione Imperator, in uigilia Natiuitatis domini quæ erat 24. Decembris, Anno. 1414. Ad opidum Vberling uenit, & Pontificem de aduentu ſuo certificauit rogans, ut cum Miſſarum ſolennijs ſanctę noctis differre non dedignaretur, Mox Imperator nauem cōſcendit, & Conſtantiam circa mediam noctem magno cominatu aduectus, & eccleſiam Cathedralem ingreſſus, ſtatim Pontifex primam miſſam cantare incepit, Imperator Diaconatus habitu indutus Euangelium (Exijt edictum a Cæſare Auguſto) legit, tunc Pontifex & reliquas duas miſſas cecinit ac ſolenniter populo benedixit, Inde Circumciſionis domini ſuperuenit Ludouicus Comeſpalatinus Rheni dux Bauariæ. 400. equitibus, aliaq; incredibilis Principum & Prelatorum frequentia concomitabatur, ut tandem trigintamillia equorum ibidem cernerentur, Patriarchæ quatuor, Cardinales uigintinouē, Archiepiſcopi quadragintaſeptem, Epiſcopi centum & quadraginta. Ad ea quoque tempora Venceslaus Boemiæ Rex, a Concilio & Imperatore requiſitus, miſit Ioannem Huſs ad Conſtantiam, qui itaq; ad uicum ſeu plateam ſancti Pauli apud Viduam quandam hoſpicio aſſumptus fuerat. Videns autem Ioannes Huſs Concilium attendere facta ſua, timore perculſus aufugere parat, clamq; currum ruſticanum aſcendit, & ſtraminibus tectus receſſit, Quo cognito Magiſter ciuium ſatellites conuocans, inſequebatur eum, deprehenſum in fuga reduxit, & apud predicatores cuſtodiæ traditur, uenit etiam eo tempore Hieronymus de Praga cum uno clerico, tunc auditus eſt Iohannes Huſs, in conſeſſu Patrum, ætate maior, Licet Hieronymus doctrina & facundia ſuperior eſſet, Lectis ex omnibus nationibus uiris diuinarum literarū & omni

Perdurarat namq; Sciſma huiuſmodi triginta annis.

Imperator euāgelium legit.

Trigita millia equorum.

Patriarchæ. 4
Cardinal. 29.
Archiepiſ. 47
Epiſcopi 140.

Ioan. Huß ad Cōſtantiā mittitur.

Ioan. Huß fugam parat.

Hiero. de Praga alter hære.

Ioan. Huß ætate maior. Hiero. de Praga doctria & facūdia ſuperior.

doctrinarũ genere clariſſimus & doctiſſimus, cum ambo-
bus colloquia habentes, & dogmata eorum a diuinis ſcri-
pturis & Euangelio aliena eſſe monſtrarunt, eaq; in plu-
rimum retroactis temporibus cum diuerſis hæreſibus
damnata fuiſſe iudicarunt, rogantes, ne plus quam eccle-
ſia ſaperent, peregrinas & ſingulares opiniones relin-
querent, ingeniaq; ſua Vuicleffitarum hæreſi atq; inſa-
nia non fedarent, etiam facundia, & eloquentia, qua præ-
ſtarent, edificationem æccleſiæ Catholicæ non euerſio-
nem promouerent, Hi quidem in propſito reſtitere per-
tinaces, uicti rationibus et ſcripturis uinci noluerunt, Imo
ſe ueraces & ſacri Euangelij imitatores & Chriſti diſci-
pulos aſſerebant, Romanam Eccleſiam & ceteras in or-
be diſperſas ab Apoſtolorum traditionibus receſſiſſe, quę
opes & delicias ſectarentur, dominatum in populis & pri
mos accubitus exquirerent, canes, equos alerent, non
Chriſti pauperes, imo bona ſua in luxu & laſciuia diſſi-
parent &c. Habitis tandem diuerſis tractatibus hincin-
de damnata eſt Vuicleſi hæreſis, Et cum hi ambo ad æc-
Ioan. Huſs. cō-buritur. cleſiæ gremium reduci nollent, prior Iohannis Huſs com
buſtus eſt Feria ſexta poſt Vdalrici, Hieronymus interim
uinculis detentus nec reſipiſcens, Sabbato poſt exaltatio-
Etiam Hieronymus de Praga incineratur nem Crucis pari damnatur ſuplicio, pertulerunt itaque
ambo hilari & conſtanti animo necem, ubi ardere, hym-
num cecinere, cineresq; exuſtorum a Boemis ne raperen-
tur in lacum proiecti, diſcipuli autem eorum ex eo ſolo ter
ram abſtulere, eamq; ut ſacram tenuere & in patriam
detulere, Sicq; Iohannes Huſs & Hieronymus, de Praga
martyrio non minores habentur, q̃ apud Romanos,
Petrus & Paulus, Quibus itaque in Boemia cognitis,
ſequaces, eorum memoriam conſecrant, & quotannis
peragendam decernunt, Maiorque infamia nuſquam
cognita

cognita q̃ hi de nouo recolebant, eccleſias & monaſteria ferro & igne uaſtabant, tandem in caſtello quod Thabor appellarunt, triginta millia hominum cōuenere, ibiq; trecentas menſas in patenti campo extruxere, de quibus populo ſacramentum calicis miniſtrauere, Terruit ea cōgregatio Venceslaum Regem, uerentem ne arma in ſe uerterent, nec periculo caruit, inter quos Coranda eius cœtus presbyter, ſingulari facūdia preditus, qui dum populum de Repub. admoneret, inter cętera. Quamq; (inquit) uiri fratres inertem ſortiti regem ſumus, ſi tamen cęteros expē dimus, nemo eſt quem regi noſtro anteferamus, eſt quietus, benignus, noſtri amans, nam quis eo regnante audet nos laceſſere, nobis ex uoto licet uiuere noſtro, non eſt ſibi quæ nobis eadem de religione ſententia, ritum noſtrum neq; ipſe perturbat. nec alios pturbare ſinit, par eſt ut pro eo preces fundamus, utq; ei ſinguli uitā rogemus, cuius deſidia noſtra ſalus, noſtra quies eſt, quod cum Rex agnouiſſet, quieto animo fuit, factuſq; ex tepido frigidus, et Corandam ſacerdotem eorum inter amicos habuit.

Hußitæ Tabor caſtellum edificarunt, inde Taboritæ appellati.

300. menſæ in campo extruūtur pro cōmunione panis et calicis.

Interea & alius apoſtata ſurrexit Ioannes de ordine premonſtraten. impius monachus, & ad omne ſcelus audax, tunc Prage pręd icans apud ſ. Stephanum, qui deinde ſingulis fere diebus ſacram euchariſtiam per ſuas eccleſias circumuectabat cum hereticis, & quia ipſis non ſufficiebant eccleſię, ad regem Venceslaum tumultuarie prorumpebant, ductore Nicolao, domino loci ſeu uille Huſs orantes, ut daret ſibi ampliores eccleſias, quia iam populi maiorē partem obtinerent, Audiuit Rex benigne Nicolaum pro multitudine loquentem, utq; in poſterum rediret dixit, ſicq; dimiſſo populo Rex ad Nicolaum ſe cōuertit, tu (inquit) qua nos e regno eijceres, orditus es telam, at ego laqueum exinde conficiam, quo te ſtrangulem, Nico-

Ioannes premōſtratē. apoſtata hereticus

Nicolaus putridi piſcis.

Regis ad Nicolaum reſpōſio.

laus abiens populares magis ac magis accendit, rex in arcem quandam urbi uicinam ſe recipiens, miſſis ad fratrem Sigiſmundum oratoribus, qui eius auxiliũ implorarent, Quocirca rex conſulibus nouę ciuitatis Bragæ, ne ulterius ab Hæreticis dominicum corpus in pompa deferri ſinerent, mandauit, At Hæretici poſt hæc apud Carmelitarũ monaſterium confluunt, ab eccleſia ſancti Stephani Euchariſtiam per plurimas plateas, atq; eccleſias circuferentes, exinde domum ſacerdotis cuiuſdam ſuis ineptijs non conſentientis deſtruxerunt, & clamore magno furentes pretorium accurrerunt, Conſules, iudicem urbis, & nonnullos alios ciues ex improuiſo detinuerunt, & ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitarunt, lanceis & uerubus irati populi intercepti, dirum ſpectaculum prebuere, ſtante in foro Ioanne monacho, uenerabile Chriſti corpus ſanguinario populo miniſtrante, Camerarius itaq; regni, qui cum trecentum equitibus ad ſedandum tumultũ occurrerat, ubi furentem plebem animaduertit, de uita ſua ſollicitus fuga ſibi conſuluit, Ea cum regi denunciarẽtur, cunctiq; circumſtantes attoniti facinus deteſtarentur, At ego (inquit pincerna) futura hæc preſcieram, quem Rex indignatus mox corripuit & in terram proſtrauit, & correpto pugione nitebatur eum interficere, ſed impeditus a circumſtantibus inuitus illum dimiſit, Sicq; rex paraliſi correptus ęgrotare cepit, atq; intra decem et octo dies ſignatis hereticorum nominibus, quas neci deſtinauerat, fratrem aſſidue uocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, ſed antea uita exceſſit, q̃ uocati principes adeſſent, Succeſſiue itaq; Hæretici per Alemaniam diſcurrentes, omnia uiolenta manu rapientes & expoliantes, hoc tandem in comuni deponentes, demum ipſis ultra modum multiplicatis, quendam Bohemum uirum nobilem hominem

Sigiſmundus rex, imperatoris auxiliũ inuocat.

Iudex, & nõnulli urbis Pragæ, cõſules ab Hæreticis de pretorio per feneſtras in forũ præcipitantur

Vẽceslaus rex paraliſi correptus, non poſt multos dies uita exceſſit.

minem monoculum & peſſimum CYSGAM nomine, ſibi ducem conſtituerunt, hic in Curia regis a puero enutritus & rebus bellicis exercitatus, una cum complicibus ſuis, plures Catholicis inferebat calamitates, ipſos uincēdo, diuerſas etiam ciuitates, eccleſias & monaſteria eorū, quæ ſuperfuerant concremando, uirgines proſtituebant, ſacerdotes interficiebant, ſanctorum preces non prodeſſe dicebant, ieiunia, horaſq; canonicas irridebant, & nullam prorſus feſtiuitatem niſi dominicam et paſcalem obſeruabant, maxime uero omnium ſermonis Dei audiendi ipſis curę erat, negligentes ſiquidem ex ſtatuto uirgis cedebāt, monaſteriorū ordines diaboli figmenta aſſerebāt, & plures alios errores ſeminabāt, Quocirca etiā per uniuerſam Boemiā literas dedere, ne quiſpiam imperatorē Sigiſmūdum regni heredē intromitteret, ſeu illi quouiſmodo obediret, tanta erat illorum pertinacia & rebellio, Tandem ſiquidem Ciſga egrotari cepit, dūq; morti proximus eſſet, conſulebant Hæretici, quem poſt eū ducem cōſtituerent, at Ciſga, poſtq̄ (inquit) mortuus fuero, excoriabitis corpus meū, & carnes uolucrib. date, pellē uero timpano ſuperducite, et hoc in prelio ueſtro ducē habete, nam ubiuis gentiū germani ſonitū eius audierint terga dabūt, Ciſgā in timpano formidantes, qui poſtq̄ obijt, alij Procopium ſibi ducē delegerunt, alij in tantū eius memoriā dilexerūt, ut neminem ſibi dignū exiſtimarēt ſucceſſorē, hunc itaq; Cyſgam uti numen precipuū habebant, & q̄uis picturas & imagines omnes deteſtarentur, tamē Cyſgę ſemper uenerabantur & colebāt, Poſt multa itaq;, Taboritę inter ſe diuiſi, ut ferme quot capita tot hereſes emerſere, ſicq; ipſis maxime diſcordantibus, per Sigiſmundum imperatorem diſperſi, ſedati, & in plurimum extincti ſunt, Durarat itaq; concilium Conſtantien circiter quatuor annos, &

decretum

Cyſga Taboritarum Dux.

Neglig̃etes ſermonem dei ex ſtatuto uirgis cedebant.

Cyſga peſte infectus.

Ecce Cyſgæ teſtamentum.

Teutones ſiue Germani tunc cōſtātiſſ. et innocentiſſ. erāt ab Huſſitarum Taboritarū et aliorū peſtifera labe atq; hæreſi, Nomenq; Huſſitarū Taboritarum, & Cyſgæ uelut Turcarum & Paganorū abhorrebant.

decretū inter cętera, quod deinceps, ne tantis ſciſmatibus reſpub. turbetur Chriſtiana, decennio in decennium conciliū generale cōuocetur, Ene. Syl. c. 35. & ſequen. Plati. Riti. Naucle. genera. 47. cum ſequen. Bergomen. lib. 13. & 14.

Ioannes Roggezana Boemus, doctrina & eloquen. inſignis, in Pragen. epiſcopum electus, his temporibus in hereſim lapſus, primum Rom. eccleſiam carpere ceperat, eamq; totam errare predicabat, catholicos presbyteros & monachos perſequebat̄ & expellebat, ita, ut regnū Boemicum quaſi in integrum confundebat̄, unde poſtea multi inſurgebant latrones, plurimaſq; ciuitates contriuerūt, Naucle. genera. 48. Ene. Syl. Bergomen. li. 13.

Picardus Hæreticus ex Gallia ad hanc fecem profluit Boemiam, qui preſtigijs quibuſdam fidem ſibi conciliās, breui tempore non paruam mulierum uirorumq; copiā ad ſe traxit, quos nudos incedere iubebat, Adamitas uocabat, pluraq; ceperant hoc Duce crimina, quibus tandē Ciſga pluribus armatis occurrit, factionemq; illam pene in totū extinxit. Ene. Syl. de ori. Boe. Naucl. genera. 48.

Adamitæ.

Orebitę Hæretici hac tempeſtate in Boemia, Duce Morauo ſacerdote, territorium grecenſe, uicinaſq; gentes magnis affecerunt cladibus, peſtifera & immanis illa factio, nec Taboritarum crudelitate ulla ex parte inferior, huius ſectę homines quoties ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremarūt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciē colligatos dimiſere, partim defectis uirilibus abire permiſerunt. Syl. Naucle.

Ioannes Roacius Hęreticus, nobili loco natus, ingenio peſſimus, non longe a Thutinis montibus caſtellum munitiſſimum edificauit, eiq; mons Sion nomen indidit, aſſerens ex eo loco ueritatem aliquando exituram, quæ

Mons Sion.

gentem

gentem Boemicam libertate donaret, predas agitans, Imperatorem laceſſitans, armenta, quæ illi aduehebantur ex Vngaria rapit, Tandem Imperatoris iuſſu Roatius capitur, Arx Syon rumpitur, latronibus nonaginta qui eo confugerant interceptis, ſacerdotiq; Huſſitarum inſanie participi indita uincula, ducti omnes Pragam ſuſpendio uitam finiere, furcarum triplici differentia, ſublimiori furca Roatius pependit, inferiori latrones, media ſacerdotũ tenuit. Enc. Syl. Plati. Naucle. genera. 48.

XC. Latrones cũ Capitaneo & capitulo ſuſpenduntur.

Sub Frederico tertio Romano Imperatore.

FRedericus 3. Ro. Imperator, Archidux Auſtriæ, anno domini 1440. ſucceſſit Imperio, Rexit annis quinquaginta quinq;, quo nullus a Cæſare Octauiano Auguſto Ro. Imperij ſceptra diutius tenuit. Is ſiquidem mox ut diſcretiõis annos attigittu, telam exiuit, ut locum uidere in quo noſtra celebrata eſt redemptio, Adhuc adoleſcens mare tranſiuit, ſacra uiſens loca ubi ſaluator natus, paſſus, crucifixus, & ſepultus, fœlicemq; reditũ cum gloria habuit, princeps Catholicus et pius, Corpore ſtrenuo atq; uegeto, inceſſu grauis, ſermonis pauci, ac modici riſus, animo tranquillo, ingenio perſpicax, ſingularem uirtutem, in quouis homine diligebat, dignamq; pręmio ducebat, nec ſua profudit, nec aliena diripiebat, uerbis factiſq; temperans habitus, circa cultum corporis & uictũ nec parcus nec ſumptuoſus fuit, uini uero parciſſ. quo extra cœnam rariſſ. uſus, in cœna quidem leuiſſimum bibit & id aqua perdomitum, Eleonorę Auguſtæ (refert Ene. Syl.) quæ paterna in domo nunq̃ uinum guſtaſſet, ſuadebãt medici, in Germania regiõe frigida, ſi mater fieri mal-

Nonnulli. 55. habent.

Eleonora Imperatrix.

ſet, uinum biberet. Quod cũ Imperator accepiſſet abi (inquit) Enea, atq; Imperatrici dicito ſterilem me coniugem ꝙ uinoſam malle, proinde me ſi amat uinum oderit, adhec Eleonora libenter paruit. Refert et idem Syl. Imperatorem nunꝙ iuraſſe niſi iuramentum in coronatione preſtitum, quod quidem conſtantiſſime tenuit. Maxemilianũ filium habuit, adultum factum Anno. 1486. conſortem regni fecit, habuit etiam filium Chriſtophorum quem immatura mors preuenit, & filiam Margaretham uxorẽ ducis Alberti Bauarorum. Imperator itaq; interrogatus aliquando quid homini felicius contingere poſſit, Reſpondiſſe fertur, Bonus in hac uita exitus, quem tandem ſenectute uenerabili in oppido Lintz Anno. 1493. Chriſtianiſſ. aſſequutus fuit, corpore ad Viennã delato & ſepulto, Naucle. gene. 50. Ene. Syl. Bergomeñ.

Frederici dictum.

CONTEMPORANEI.

Ioannes Segobien. theolog. uir moribus, doctrina, et ſanctitate celebris, hic Alcoranum in noſtram linguã tranſtulit, ipſiuſq; mendacia clariſ. rationibus, et argumentis exploſit.
Iulianus de Salem theolog.
Nicolaus Euboicus theolog.
Ioannes Tortellius theolog. graece doctiſſ. plura uolumina in latinum tranſtulit.
Nicolaus Tollẽtinas, Ioannes Capiſtranus, Bernardinus, omnes uita, doctrina, & ſanct. clari.
Anthonius Ethruſcus theo. cuius diuerſa extant edita uidelicet, Summa Anthonina, Cronica & alia.
Nicolaus de Cuſa theolog.
Marianus Zozinus iu. con. uir corporis exigui, in omni tamen ſcibili maximus.
Ioannes de Anania
Archidiaconus iureconſul.
Ioannes Bertachinus iurecon.
Iacobus de Aluerotis iurecon.
Lanfrancus de Oriano iu. con.
Alexander Tartagnus iu. cõ. à pluribus aureus doct. cognominatus.
Anthonius Roſellus iurecon.
Andreas Barbatia iurecon.
Guido Carrarien. medicus.
Laurẽtius Valla phũs rhet. et grã.
Blõdus Flauius Foroliuiẽ. hiſto. cc.
Guarinus Veronen. philoſophus, Rhetor et grãmaticus graecae doct.
Georgius Valla phũs rhet. et põe.

Ioannes Franciſcus picus Miran-dulanus Orator & theolog.clariſ.
Iodocus Clytopheus theolo. or. & poe.
Nicolaus Italus theolog.
Ioannes de Apprutio theolog.
Nicolaus Dorbellus theolog.
Ioannes de Turre cremata theolo.
Dionyſius Cartuſien.theol. doctiſ.
Ioannes de Indagine theol.et cano.
Dominicus de Dominicis theolog.
Robertus de Licio theolog.
Thomas Anglicus theolog.
Alanus de Rupe theolog.
Angelus de Caluiſio theolog. cuius extat Sumna Angelica.
Ioannes Gayler à kayſerſperga th.
Gabriel Byel theo.Tubingē.doctiſ.
Conradus Sumenhart theolog. & iurecon.Tubingen.
Frater Baptiſta Mãtuanus Carme-lita theol.& poē.Egregius
Iſota Veronen. uirgo & fœmina doctiſſ. quæ uario dicendi genere pleroſq; ſuæ tempeſtatis uiros pro cellebat, cuius etiam nõnulla extãt edita,uidelicet, utrum Adam plus peccauerit quam Eua & alia.
Platina hiſto.& philoſophus.
Marſilius Ficinus philoſophus la-tine & græce doctiſſ.
Angelus Policianus orator,et poe. græce, & latine peritiſſ.
Gregor. Trapezũtinus or.& poe.
Ioannes Auriſpa orat. & poe.græce et latine doctiſſ. Franciſci philel phi amiciſſ.
Ambroſius Ethruſcus Philoſophus doctr.et eloqu. inſignis græce et la tine doctus eius trãslata plura ex-tãt uolu.
Demetrius græcus or.
Eneas Syluius orat.& poe.eximi-us qui ob eius doctrinã & integri-tatē in Cardinalē ſuffectus, inde in Ro.Pont.electus, et optime de ec-cleſia meritus fuit.
Nicolaus Perotus grammaticus.
Franciſcus Philelphus eques aura tus orator & poe.egregius.
Conradus Celtis poe. & muſi.cel.
Rudolphus Agricola Friſius phũs poe.& orator græcæ doctiſſ.
Petrus Scotus poe.& orator
Franciſcus niger Venetianus pre-ſbyter poe.& orator eximius.
Ioannes de mõte regio phũs græce & latine doctus aſtro. peritiſſ. in Germania & Rome magno in pre cio habitus tãdē rome ĩ peſte defecit
Hermolaus Barbarus orator et phi loſophus egregius.
Marcus Anthonius Sabellicus phi-loſophus,Rhetor,& hiſtoricus.
Hermãnus Buſchius ora.& poeta.
Ioannes Dalburgius Vangionum Epiſcopus celeberrimus, hebraice, grece, & latine doctiſſimus, ho-ſpitem & patronum omnibus doctis ſe hac tempeſtate oſtendit, hic unicus,ut Naucleus refert genera.51.inter doctiores doctiſſimus, inter

 eloquentes

eloquentes facundiſſ. Inter philoſophos Plato, Inter Muſicos Timotheus, Inter Oratores Demoſthenes, Inter Aſtronomos Firmicus, Inter poetas Virgilius, Inter Coſmographos Strabo, Inter Pontifices Auguſtinus, Inter cultores pietatis Numa Pompilius.

Anno. 1440. Et ea tempeſtate Bombardę uſus, inſtrumenti bellici genus, a quodam Teutonico inuentũ eſt. Plati. in Vrba. Naucle. Bergomeñ.

Etiam ars Impreſſoria apud Maguntiam Germaniæ ciuitatem inicium cepit.

Anno. 1449. Bellum quoq; ſociale Ciuitatum, & principum Sueuiæ oriebatur (Vul, Stettkrieg) acre quidem bellum & diuturnum, biennio namq; durabat, tandem exuſtis agris attritis uillis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis, commeatu et pecunia contendentibus pax reddita fuit.

Anno. 1450. In regno Neapolitano terremotus grandis fuit, ita ut multa regni oppida funditus corruere, & in Cara Ciuitate triginta millia hominum inter cadentia tecta periere. Bergomen. li. 15.

Anno. 1476. Simon puer Tridentinus a Iudeis Martyriũ pertulit, cedis auctores uarijs adfecti ſuplicijs. Naucle.

Anno. 1477. Studiũ quoq; Tubingeñ. initium ſumpſit ad inſtantiã incliti Comitis Eberardi probi a Vuirtemperg et Mõtiſpelegardi ſenioris, & Eccleſia diui Georgij ibidem in eccleſiam Collegiatam ordinata fuit.

Frater Nicolaus apud Lucernam. His etiam temporibus Frater Nicoalaus, apud Lucernam Heluetiorum in loco uaſtę ſolitudinis homo ſenex ſolitariam & abſtinentiſſ. agebat uitã, quiq; annis uiginti ſine corporali cibo uixit, uir corpore aridus et exhauſtus, ſola cute neruiſq; & oſſibus cõpactus, quaſi et celeſtẽ uitã egit in terris, in paupertate arctiſſima, ſolitudine & abſtinentia extrema, in humilitate perſeuerans, nihil appetẽs, nulli iniurius, auariciam calcans, honores ſpernens, optime de

me de fide ſentiens, paucorum uerborum, ad interrogata tamẽ ſalubria & conſolatoria reſpondit, quodq; raro quiſpiam inędificatus ab eo diſceſſit, quem nemo unq; meſtũ uidit, ſed uultu ſemper eodem, bonis operibus & contemplationibus ſemper intentus. Per Antiſtitẽ Conſtantien. ſemel approbatus, ad cuius pręceptum tres panis particulas tanq; obedieñ filius comedit, quas non ſine difficultate inſumpſit, tandem ſenio & uiribus deficiens, ſenilem exhalauit animam, ſepultus in eccleſia ſui paſtoris, Naucle. genera. 50.

Eccleſie Orientalis Conſtantinopolitanæ perſequutio.

PEr Mahumetem magnum Turcarum Imperatorẽ, qui licet Chriſtiana matre natus eſſet, Chriſtiani tamen nominis quoad uixit inimiciſſ. fuit, & ſicut patrem in rebus geſtis, ita & uicijs, ac crudelitate ſuperauit, poſt patrem itaq; in Aſia minori tãtumodo regnare cepit, ſed illico ob animi eius magnitudinem auctis uiribus, per Heleſpontum claſſe traiecit, ubi breui multas grecorum urbes occupauit, demum Cõſtantinopolim ipſam imperialem ciuitatem, totius orientis columen, per quinquaginta dies obſedit, erant enim muri urbis & altitudine & craſſitudine toto orbe celebres, ſed ob uetuſtatem, & Grecorũ incuriã pinnis & propugnaculis nudi, antemuralia uero oportune cõmunita, in his Greci ſalutem poſuere, armati milites intra muros & ante muralia pugnas ſuſtinere decreuerunt, quorum Gręci ſex millia bellatorum non excedebant, Reliqui ſiue Veneti, ſiue Genuen. uix tria millia equabant, triangularem pene urbis formam fuiſſe tradunt

Cõſtãtinopolis deſcriptio.

dunt, duas partes mare alluit, Tertia quæ terram contin-gic, longo latoq; foſſato clauditur, interim quoq; a Nicolao. v. Ro. Ponti. lachrimis, ac fletibus auxilia petebant, ſed nihil profuit, Mahumetes itaq; ingentibus machinis ciuitatem oppugnare, & proſternere, ac Conſtantinum Paleogolum Grecorum Imperatorem, cum omnibus incolis trucidare et extinguere decreuit. At illi in ciuitate uidentes ſe a cunctis Chriſtianis derelictos, ad deum confugere ſtatuunt, ſanctificantur in urbe ieiunia, indicuntur a Clero Littaniæ, & proceſſiones ſequente populo, auxiliũ de cœlo petente, corpora ieiunijs, & orationibus affligente ad noctem uſq;, Poſtea lucentibus ſtellis ad cõuiuia inuicem paſſim inuitauerunt, ut quiſq; amicum, & propinquum habuit, inde diſcedentes, tanq; nunq; uiſuri eſſent inuicem amplexati, exoſculatiq; ſimul ultimum uale dixere, & ad ſua quiq; loca defendenda abiere, ceptum eſt prelium paulo ante lucem, Demum urbe capta, Conſtãtinus Imperator apprehenditur, & plectitur, caputq; haſta circumfertur per caſtra hincinde, regni ſimul, & uitæ finem peragẽs, Vrbs itaq; militibus in prædam donatur, inde Mahumetes publico ſanciuit edicto, ut ſupra ſexennium omnis utriuſq; ſexus necaretur, ſacerdotes, religioſi, nobiles, & ignobiles, ſenes, iuueneſq;, uiri, tum mulieres & uirgines morte cruentiſſima rapi iuſſit, & tanq; boues in plateis mactari pręcepit, nulla habita ſexus reuerentia, unde tanta ſanguinis effuſio facta, ut riui cruoris per urbẽ decurrerent, deinceps Peloponeſum omnem armis cepit, Chriſtianũq; populum abduxit, inde Achayam, Acharniam, Epyrum, Bulgariam, Raxiam & Seruiam occupauit, Stephanum deniq; ultimum Chriſtianorum Boſinæ regem capi, & uiuum excoriari mandauit, exinde regnũ uaſtauit, deſpoliauit, populumq; in ſeruitutem abduxit,

poſtea

Nicolaus. 5. Ro. Pon.

Cõſtãtinus ille ultimus græcorũ Chriſtianorũ in oriẽte imparator, uir fuit ſane ingẽtis animi & potẽtiæ princeps, q cũ Turcis ſæpius cõflictum habuit, et maximum triumphum reportauit, ſed poſtmodum Heraclea oppido muñitiſſimo, qd' Græcos à turcis illeſos ſeruabat, depdito puſillanimus factus ita ut Amurato Principi ſe tributarium fecit, quo mortuo, Mahumetes iſte filius eius tributo non cõtentus, totũ imperiũ explo

poſtea Lesbon, Mitilenen, Sinopen, & Trapezundam, tanq; horrida tempeſtas cuncta proſtrauit, & trucidauit, In Azia quoq; minore duodecim regna obtinuit Pōthū, Bithiniam, Capadociam, Ciliciam, Phrigiam, Pamphiliam, &c. & omnem Moream occupauit, Mahumetes tandem uicijs, libidinibus, crudelitatibus, & tyrannide feſſus ætatis ſuæ quinquageſimo octauo, non ſine ueneni ſuſpitione obijt, & Cōſtantinopolim delatus magna exequiarum pompa ſepelitur, Ene. Syl. in Europam. Naucle. genera. 49. Egnatius lib. 3. Bergomen. li. 15. ad cuius itaq; ſepulchrum Bayſetus græco ſermone tale Epitaphium compoſuit.

rari fecit, et cū innumerabili exercitu, uidelicet trecentorū milliū pugnatorū ipſam Cōſtantinopolim inuaſit.

Mahometi Epitaphium.

Qui uici innumeros populos, tot regna tot urbes
Solus, & immenſi, qui timor orbis eram,
Me rapuit quicumq; rapit mors improba, ſed ſum
Virtute excelſa ductus ad aſtra tamen.
Maior Alexander non me fuit, Hannibal, & non
Fuderit Auſonios tot fudit ille duces,
Vici uictores Danaos, domuiq; feroces
Chaoniæ populos, Sauromataſq; truces,
Pannonius ſenſit, quantum ſurgebat in armis
Vis mea, quæ latio cognita nuper erat,
Arſacidæ ſenſere manus has ſenſit Arabſq;,
Et mea ſunt per ſe cognita tela duci,
Mens fuerat bellare Rhodum, ſuperare ſuperbam
Italiam, ſed non fata dedere modum.
Heu mihi nam rapuit mors aſpera, quæq; ſub alto
Pectore condideram, uertit & hora breuis,
Sic hominum faſtus, & eunt ſic ſchemata, ſicq;
Imperia atq; aurum, quicquid & orbis habet.

Ioannes de Vueſſalia ſuperiore, Theologiæ doctor, prædicans ſecularis, diuerſos hac tempeſtate errores ſeminabat, nempe, quod ſpirituſſanctus procedēs a filio nō habeatur in ſcriptura, Item quod eccleſia errauerit, nec eius tanta ſit auctoritas, ut errare non poſſit, quodq; articulus, ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus, ſit omnino falſus, negabat originale peccatum, & plura in religione introducta contendebat & reijciebat, tandem Maguntiæ libri eius inuruntur, & ut hæreticus condemnatur, Alfon. tit. de eccleſia. hæreſi. 2. & 3.

Leonardus timpaniſta, pecorum paſtor, apud Niclaſhuſen in Franconia, ſectatores plurimos nactus & cōcurſum maximū, uulgari popello uirus diffundere cepit, eo pernicioſius, quo & ſacerdotes & religioſos in populorū inuidiam cōiecit, is uero ſimulatam quandam puritatem & uitæ innocentiam pręſe ferebat, edocens uitam cleri ignominioſam eſſe, & quod deus hoc temporis nobilitatem execraretur, telonia non eſſe ſoluenda, omnes aquas & nemora omnibus eſſe communia & libera, ac plura alia nephanda in concione publica ſeminans, eaq; ſibi diuā uirginem propalaſſe prædicabat, undiq; igitur gentes uotis proceſſionaliter accurrebant, uiſa ſunt una die ſupra triginta millia hominum adfuiſſe, peractis itaq; duobus mēſibus, uel circa timpaniſta ille ad Vuirczburg ducitur, & igni traditur, de quo latius Naucle. genera. 50.

Hæc eadem poſtea, in ſilua ad miliare uel circa, extra Auguſtam, textor quidam Preyning appellatus exercebat, ubi arborem ſibi delegerat deſurſum prædicans, ſubtuſq; tabernaculū conſtruxerat, & magnū ſibi concurſum non ſine queſtu comparauit, citius tamē prohibitus fuit.

Sub

Sub Maxemiliano
Imperatore.

MAxemilianꝰ Ro. Imperator Archidux auſtrię etc. Anno domini, 1494. poſt Fredericum patrem cepit Imperare, rexit annis. 25. princeps ſapientiſſ. clementiſſ. humaniſſimuſq;, & in omnibus rebus temperatiſ. morum ſuauitate ornatiſſ. cum pudore decenti, pudicitiæ incomparabilis, benigniſſ. facilis aditu, comis ingreſſu, cunctis (alioquin uolentibus) blandus, ad beneficentiam omnium promptiſſ. nemini magis q̃ ſibi ipſi imperans, pro nobis quibus imperabat ſolicitus, ad miſerandum pronꝰ. cultus etiam diuini ſtudioſiſſ. Vnde nihil tam uehementer indoluit, q̃ quod in comitijs imperialibus per eum frequenter habitis, totiens uerba fuerunt habita de Chriſtianarũ rerũ reformatione, & ad priſtinæ innocentiæ Chriſtianæ, & honeſtatis regulam reductione, quarum nullus unq̃ ſubſequi uolebat effectus, adeo quod ſepius replicare ſolitus fuit, fruſtra medelam membris apponi niſi capiti, ac cordi antea prouiſum fuerit. Vnde ſemper deſiderauit collapſorum morum reformationem, Sanctum etiã Leopoldum inter diuos referri curauit, Tunicam Chriſti Saluatoris noſtri inconſutilem cum plurimis ſanctorum reliquijs in Treuereñ. ciuitate reperit. Fuit quoq; armorum & bellorum ſtrepitu non immunis, nullum tamen per ſe affectans. Gallos in iuuentute ſepius proſtrauit & ex Burgundia profligauit, & Sicambri, Bataui, Hungari etiam Veneti Cæſaris ſenſere manus. Heluetij ſepius ab eo ſtragem paſſi ſunt. Bohemos quoq; apud inclitam Ratiſponam ſuperauit, & mirum in modum trucidauit, Ita, ut nemo eorum ſaluus remanſit, niſi quem innata Cæſa-

S. Leopoldus canoniſatus.

Tunica Chriſti inconſutilis reperta. Anno. 1512.

Facta Cæſaris

ris clementia reſeruauit, Et poſthac nemo Cæſarem ma-gis dilexit ꝙ uiri Bohemi, quos & ob eximias ſuas uirtu-tes & animi integritatē Cæſar ſummo in precio deinceps habuit, Ipſiſq; in bellis uſus magnam eorum expertus eſt fidelitatem, Similiter alieni æris nunꝙ cupidus fuit, Imo omnium Cæſarum largiſſ. & in erogando profuſiſſ. Qui cum a quodam ex magnatibus ſuis monitus, ne tam pro-fuſe & ubertim ſua effunderet, ob id namq; maieſtatem ſu am & paſſam paſſuramq; ęris inopiā, utq; a principe quo-dam argumentum ſumeret (quem tunc nominabat) qui cum rerum ac cenſuum eſſet perexiguus, in omnibus ta-men copiam haberet, aduerſus quem imperator quin abi inquit, de his ne poſthac mecum conferas, meminiſſe te oportet me Auſtriæ non alterius familiæ natū principē, hactenus enim auſtriæ principes magis liberalitate ꝙ alij tenacitate ſua uel auaricia conquiſiſſe, mox ille omnium riſu diſcedens nunꝙ ſimilibus rediturus. Tandem impe-rator clementiſſ. ſiniſtra correptus ualetudine, in Oppido Vuelſs perq; Chriſtianiſſ. mortiſq; ſuę pręſcius, diem clau ſit extremum, corpore ad nouam ciuitatem Auſtriæ dela-to ubi & genitus, baptiſatus, ac mater Eleonora Impera-trix Auguſta, quam unice dilexit, ſepulta iacet, Ioan. Fa-bri dominica. Theolo. Naucle

Marianus Theolo.
Nicaſius cecus Theolo. & canoniſta doctiſſ.
Ioannes abbas Spanhaimen. Theo.
Albertus Brutenus Theolo. phūs. & aſtro.
Iacobus Wimphelingius Theolo. & orator celeberr.
Ioannes fabri dominicanus Theol.
Ioannes Capnion alias Reuchlin Phorcen. Iuris utriuſq; doct. Sanctæ hebraicæ, græce, & latinæ linguarum peritiſſ. qui cum eaſdem literas in Studio Tubingen. publice profiteretur, ſiniſtra ualetudine detentus Stutgardiæ obijt.
Robertus ex anglia hebraicæ, ſiriacæ, chaldeicæ, grecæ, & latinæ linguæ doctiſſ. eiuſdem Capnionis in ſtudio Tubingen. ſucceſſor.
Felinus Ferrarien. Canoniſta.
Baptiſta de S. Blaſio Iureconſultus.
Iaſon Maynus iurecon.
Ioannes campeus iu. con.
Bartholomeus Soccinus legiſta.
Bulgarius Senen. legiſta.
Ioannes Maria Legiſta.
Sebaſtianus Brant iu. con. orator & poeta.
Vdalricus Zazius Iu. con.
Hermannus Torrentinus grām̄at.
Iacobus Henrichman grammaticus Iuris utriuſq; doctor.
Georgius Simler grammaticus Iā. utri. doct. grece & latine peritiſſ.
Henricus Bebelius poeta.
Ioannes Braſſicanus grammaticus.
Ioannes Altenſtayg grammaticus.
Ioannes Stabius Aſtrolo.
Ioannes Stœffler Iuſtingen. aſtrol. doctiſſ. Studiorum uniuerſaliū primus Bacculaureus Ingolſtadien. et primus artium Magiſter Tubingē. ut ex ipſius ore ſuſcepi.
Georgius Tanſteter aſtrolo.
Lippus Aurelius orator & poeta.
Georgius Merula philoſophus & Orator.
Philippus Berobaldus Rhetor & Orator diſertiſſ.
Thomas Vuolphius iunior Rhetor & canoniſta.
Thomas didimus aucuparius Poeta.
Petrus Egidius poe.
Richardus Bartholinus poe.
Ioachimus Vadianus poe.
Caſpar Vrſinus poe.
Richardus Sprulius poe.
Alexander Braſſicanus poe.
Bartholomeus Latomus poeta.
Ioannes Murmellius poe.
Hermannus Buſchius Paſiphilus Poeta.

HAERETICI APOSTATICI ET ſeditioſi.

Frater Hieronymus Sauanarola in urbe Florentia apud S. Marcum predicans, Vir quidam doctus, morib9 & uita decorus, opinioneq; multorum Propheta a Deo inſpiratus (pro quo & ſe palam gerebat) colebatur, Iactitabat preterea publica concione ſe nocte celos penetraſſe, deumq; & totam trinitatem uidiſſe, choros etiam angelicos perſpexiſſe, & a Diua uirgine Maria ore ad os reſponſa accepiſſe, quod uidelicet, Italia magnam eſſet cladem paſſura, exercitumq; ſuper eam uenturam, qui omnia deuaſtaret, multiſq; penis & flagellis populum eſſet adfecturus propter peccata ſua, ipſumq; a Deo electum ad denunciandum hoc myſterium, ut tum eccleſiaſtici cum ſeculares ad tolerantiam ſe prepararent cũ multis alijs &c. Tandem facta diligenti inquiſitione, & ſubſequente eius confeſſione, quodq; huiuſmodi, inanis glorię gratia feciſſet, igni traditus eſt, Naucle. genera. 50.

Hieronymus igni traditur.

Secta etiam & conſpiratio ſeu rebellio ruſticorum in pago Vndergrunbach Spireñ. diocæſis qui contra dños ſuos Epiſcopum & Canonicos ibidem, iuramento ſe colligauerant, quam Vul. Buntſchuch nominabant, hæc primo per duos colonos ſumpſit initium, qui per callidas ſuas perſuaſiones paulatim in eandem coniurationum plurimos traxerunt. Submittebant autem ſecretius quoſdam ex liga callidos ſollicitatores per uicos & oppida circumeuntes, quos potuiſſent in ſui conſortium traherent contra clerum, princeps, & omnem potentatum, Delegerãt inde ſibi duos Capitaneos quorum imperio omnia fierẽt. Inde ex inſidijs hincinde latenter prorumpentes, parato

Anno. 1502.

uexillo

uexillo bicolorato in unum conuenire ſatagentes, diē ſta-
tuunt & locum, Interea uero detectis eorū fraudibus plu- *articuli ex tor*
rimi capti, & trucidati ſunt, Erat autem hæc eorum pro- *turis confeßi.*
feſſio, & intentio, abijcere prorſus omne ſeruitutis iugum
& libertatem uendicandam, Item ut orarent pro uictoria,
Item ſi quis ex eis alterum conueniret, ſeu alloqui uellet,
hac uterēt nota. (Vul. das ſolt jr freyd ſein) uidelicet, *Nota rustico-*
wz iſt dz nū für ain weſen, alter reſpōderet, Vul. Vor *rum.*
den pfaffen mögē wir nit geneſen, Itē quod omnem
dominatum & principatum extinguere, atq; contra om-
nes turmatim cum uexillo in bellum progredi, omneſq;
ſibi reſiſtentes miſerabiliter trucidare, ac primo Marchio-
natū Badeñ. obruere uellēt, Itē bona monaſteriorū, eccle-
ſiarum, & clericorum inter ſe diuidere, ac eorum perſonas
diminuere, Item quod ultra. 24. horas in uno loco haud
quaq; moras traherent, ſed ſemper ad ulteriora procede-
rent, donec omnia ſuæ coniurationi ſubijcerent, de quib.
latius Naucle. genera. 51.

Laminitlin Beguttaſiue Beguina Auguſtana turpiſſ. *Anno. 1505.*
quæ hypocriſi & apoſtaſia ſua plurimos incolas decepit,
& defraudauit, ut uiua ſancta coleretur & nominaretur,
matronæ etiam multæ impregnatæ in hanc ab ea protra-
ctæ ſuperſtitionem, ut nec a partu fœliciter liberari mere-
rentur, niſi per eā prius amplexatæ, uel ſaltem zona, qua
præcingebatur faſcinatæ forent, plurimaſq; ſuperſtitiōes
diſſeminauit, Iactitabat etiam ſe abſq; uictu humano de-
gere, neq; ederet ſeu biberet, Poſtea cognita eius fraude,
& nequitia, deprehēſa eſt habere in ueſtibus ſacculos, ubi
panes dulciarios ſiue deliciarios abſconſo habebat, quib.
pro neceſſitate utebatur, ſed pro comoditate loci & tem-
poris, cibis & panibus in communi ueſcebatur, quibus
detectis, Senatus Auguſtanus plurimorum interceſſiōe

 miſertus

miſertus, ipſam proſcripſit, & exilio relegauit, Qua demũ ad Friburgum Helueticorum oppidũ deuenta, duobus uiris nupſiſſe delata & accuſata eſt, tandem a Magiſtratu ibidem deprehenſa, aquis mergitur, & ſuffocatur.

Bernen. monachi Hereſiarchæ quatuor.

Anno. 1509. & dudum antea, certarunt acerrime fratres nonnulli, de ordine prædicatorum apud Bernam Heluetię ciuitatem, uidelicet, Prior, Lector, Supprior, & Cuſtos, contra Minoritas ibidem ſuper conceptu immaculatæ uirginis Mariæ, prędicatores illã abnegantes conceptiõem, imo paternis nexibus originalis peccati deturpatam contendentes, pro qua itaq; opinione ſua cõprobanda ac defendenda, quendam ſimplicem & iuſtũ idiotam ſuperſtitioſis quibuſdam incantaminibus, diabolica fraude dementarunt, & quinq; uulneribus inſigniuerũt, pluraq; tã in ſacroſanctæ euchariſtiæ ſacramento, q̃ ſculptis imaginibus tẽtauerũt, quemadmodũ acta eorũ in uiginti articulis cõfeſſa, impreſſa, & diuulgata demõſtrant, tandem trans Ararim fluuiũ ibidem in prato, ut hęretici ſunt concremati, Naucle. genera. 51. Pau. con.

Martinus Luth. Auguſtinianus monachus, Apoſtata, & Hæreſiarcha pertinaciſſ. oritur, Qui licet Lutherus ipſe a principio circa formalia fidei non impie ſenſerit, ſed ſucceſſu temporis ſenſui ſuo nimium confidens, ab indulgentijs ſuorũ errorũ ſumpſit auſpiciũ, nam dum Rabulas quoſdam indulgentiarũ prædicatores audiſſet, qui tot ac tanta (ut huius farinę homines maioris queſtus gratia eſſutire ſolent) de indulgentijs dicerent, ut illis obuiandum fore decerneret, zelo quodam, ſed non ſecundum ſcientiã & diſcretionem motus, in publicum prodijt, non uerũ indulgentiarũ intellectũ edocens, ſed eas omnino euertens, dixit eas nullius eſſe momẽti &c. & ſic inde gradatim nõ acquieuit, donec in profundũ & colluuiẽ omniũ iſtorum

malorum

malorũ,atq; hęreſum deueniret,omnẽq; cultũ cõſuetum, & religionis ornatũ laxaret & ſubuerteret, libertatẽ ſpiritus in diſſolutã carnis libertatẽ & temeritatẽ cõmutaret, pro fide itaq; catholica & orthodoxa, diuerſas hęreſes obliteratas, tum cõdemnatas & extinctas edoceret, Ex Luthero ipſo tandem omnes diuerſæ hęreſes prodierunt, peperit namq; Carolſtadiũ, Zvuingliũ, Oecolampadium, Balthaſarem Pacimõtanũ Catabaptiſtã, inde Sabbatianos, & plæroſq; alios, quorum infinitus eſt numerus, qui admodũ inter ſe diſſident, ut ferme quot capita tot ſenſus & hæreſes emerſere, nec uni ut alteri de religione ſententia, nec mirum, cum Lutherus ipſe modis infinitis ſibi cõtrariatur & repugnat, iam nunc in illã, nunc in aliã labit̃ opiniõem, quod antea placuit, iam diſplicet, quod nuper ſcripſit dixitq;, modo negat, diſſecat, & ſcripturas ſuo ſenſu expõit, ſimiliter Euãgeliſtas, Dilaniat patres orthodoxos, & nemini niſi ſibiipſi blandiens, & honores uſurpãs, iam eccleſiaſten, modo euangeliſtam ſe nominat, nunc angeli tũc alterius cuiuſdã ſibi arrogat mores, furit, frendet, & ſtomachatur in eccleſiaſticos, quos infinitis iniurijs, cõuicijs & contumelijs laceſſit & perſequitur, in ſacramenta eccleſiaſtica debachatur, ita quod nec unum in ſua ſubſtãtia improbatũ & inculpatũ dimittit, eccleſiã catholicã & apoſtolicã uarijs criminibus impingit, eiuſq; traditiões confundit, nec niſi in ſuæ farinæ hominib. eccleſiã uerſari, Euangelium prędicari, & ſacramenta tractari contendit, liberum arbitrium negat, imo illi in contradictionẽ ſeruũ arbitrium ponit, & omnia ex abſoluta neceſſitate euenire docuit, bonorũ operũ nullũ eſſe meritũ, ſanctorũ interceſſionem nihil operari, purgatorium nullũ exiſtere, defunctorum animabus ſuffragia non prodeſſe, imo omnia hactenus in eccleſia orthodoxa a ſanctis patribus, ſancte, religioſe

In libello Vul. Wid' dẽ falſch genanten gaiſtlichẽ ſtand.

religioſe,& laudabiliter introducta Antichriſti & diaboli eſſe figmenta,prout illa & alia libelli ſui per plures annos æditi commonſtrant, Quibus tandem miſericors deus finem imponeret,& eccleſiam ſponſam a ſordibus purgatã ac reformatam perpetua pace & tranquillitate condonare dignetur, omnes iugiter prçcamur Amen.

Sub Carolo .V. Ro. Imperatore, ſemper Auguſto tertio Aphricano.

CArolus Quintus Ro.Imperator,ſemper Auguſtus Tertius Aphricanus Hiſpaniarum,utriuſq; Siciliç, Hieruſalem,Hungariç &c.Rex,Archidux Auſtriæ &c. Anno domini 1520. poſt diuum Maxemilianum auum ſuum imperio ſucceſſit, rexit uſq; nunc annis uiginti princeps magnanimus,inuictiſſimus, clementiſſ. & Chriſtianiſ. Auguſto fœlicior,Traiano melior,Carolo magno nõ inferior,ab omnibus prauis affectibus innocentiſ. uerum pacis & religionis aſſertor,& omnium uirtutum amator, in quorum gratiam poe.quidam cecinit.

Octauianus Auguſtus. Traianus Carolus magnus.

Nulla eſt uirtutum ſpecies,quæ Maxime Cæſar
Non colat ingenium nobilitata tuum,
Illæ omnes unum corpus formare paratæ
Atq; in te ſedes diſpoſuere ſuas.

Fuit quoq; cibi & potus tẽperatiſſ.laborumq; patiẽtiſſ.ac optimi cuiuſq; ſtudioſiſſ.nulli acerbus, cunctis benignus,neminem deſpiciens,ſed omnes benignitate, pietate,& clemẽtia cõmplectens,ita ut Numæ Pompilio ex animo cõparatur,non proſperis extollebatur, nec aduerſis flectebatur, ad uindictam lentus, propenſior ad iuſticiam

Numa Pompilius.

tiam & æquitatem,ad parcendum promptus, ut uiſus ſit cum Iulio Cæſare omnium preterq́ iniuriarum memor, Nemo enim ſeuerum Cæſarem unq́ cognouit niſi ſuperbia rebellaret, faſtum mentis ac elatum animum ſemper abhorruit,& nil niſi integrum,pium,atq́ ſyncerum amauit,& coluit. Fuit etiam plurimis bellorum motibus iactatus, e quibus tamen uſq́ glorioſiſſ. uictor rediјt & triumphauit,, Franciſcum Regem Galliæ prope Pauiam italiæ ciuitatem ui cepit, & in Hiſpaniam captiuum perduxit, Illiusq́ exercitum mirum in modum trucidauit & profligauit. Ipſum deniq́ Regem,pro innata ſua clementia bonis medijs liberũ dimiſit. Deinde magna expeditione in Aphricam nauigauit,illamq́ cepit et Tunem occupauit, Barbaroſſam Marranum.predonem, & latrõem deuicit et profligauit, Altzahen Regem,tanq́ uerum regni illius hæredem dominumq́ bonis conditionibus reſtituit,ac illum ſibi tributarium fecit,uſq́ ſtrennue bella agens,nulli tamen niſi laceſſitus conſentiens,nec plurimorum malignitate offenſionibus caruit, quæ tamen uſq́ patienter ſuſtinuit glorioſiſſ.& Chriſtianiſſ. Cæſar.

Iulius Cæſar.

Imperator regem Galliæ cepit,nobili Georgio à Fruntſperg belli duce.

Aphricam recuperauit.

Barbaroſſam profligauit.

Altzahen Regem Aphricæ reſtituit.

CONTEMPORANEI.

Iannes Roffenſis Epiſcopus: Theolo.doctiſſ.& Chriſtianiſſ. hebraicæ, grecæ et latinæ eminentiſſ.

Nicolaus Leonicus Thomeus Theologus.

Marcus Anthonius de ianua theol. clariſſ.

Ioannes diettenperger theologus.

Caſpar Schatzgerus minorita theologus.

Ioannes Menſing theolo.

Bartholomeus de uſingen theolo.

Ioannes Eckius philoſophus & theolo.doctiſſ.

Ioannes Cocleus theolo.

Conradus Vuimpina theolo.

Ioannes Nauſea Blamicampianus theolo.

Albertus Pigus campenſis theolo.

Mathias Kretzius theolo.

Alfonſus de Caſtro Minorita Theolo.

M Petrus

Petrus Bembus uir diuinarum & humanarum literarum eruditiſſ.
Thomas Morus anglicus iu.cõ.celeber.uita incorruptiſſ. et Chriſtianißimus.
Ioannes Fabri Epiſcopus Vienen. doct.uir diuinarum & humanarũ literarum hebraicæ,grecæ,& latine peritiſſ.
Leonardus ab Eck in Wolffs & Randegk utriuſq; militie uir nobiliſſ.humaniſſ.& iureconſultus doctiſſ.
Hieronimus Emſer Theolo. & Iureconſultus.
Othmarus Luſcinius doct.literarũ hebraicæ,grecæ,& latinæ probatißimus.
Guilielmus Budeus Iureconſultus inſignis.
Andreas Alciatus Iureconſultus & orator clariſſ.
Bonacurſius de Grin uir græcæ et latinæ peritißimus.
Curtius Pat iuinus iu. con.
Fabius Arcas iu.conſultus doctißimus.
Viglius Z Vuickemius iurecon. eximius.
Wolffgangus Boſchius Iu.conſul. hebraicæ & grecæ doctus.

Reginaldus Polus Baro uir in omni doctrinarum genere inſignis.
Paulus Abbas Cellæ ueteris uita. doctri. & pietate celeberr.
Conradus Reutterius Abbas Ceſarien.uir diuinarum & humanarum literarum ornatiſſ.
Ioannes Ruellius Medicus clariſſ.
Nicolaus Leoniceus medicus.
Iannes Manardus medicus.
Matheus Curtius medicus.
Ioannes Hasfurter Aſtron. doctiſſ.
Petrus Apianus aſtrono.& Coſmographus inſignis.
Bernhardus Gentilis Ceſaris hiſtoricus.
Gaſpar Vrſinus Velius regius hiſtoricus.
Lazarus Bonantus poeta.
Ioannes Haſenbergius Boemus poeta.
Andreas Delicianus Rhetor.
Henricus Northemius poeta.
Otto Truchſeſs in Vualpurg Baro nobilißimus,uita & doctrina clarißimus.
Hieronymus de nigris Iuris utriuſq; doctor Italus uir diuinarum & humanarum literarum doctiſſimus.

HAERETICI ET SEDITIOSI.

Andreas Carolſtat,& Vdalricus Zuinglius, hi q̄uis Lutherani, tamen pro tempore in quibuſdam articulis a Luthero deſciuerunt, maxime circa Sanctorū imagines et Euchariſtię Sacramentum, in quo, Chriſti corpus & ſanguinē realiter adeſſe negarunt, ſacrificium miſſę in totum abrogarunt, ſimul imagines omnes tollendas docuerunt, et plures alios errores lōge lateq; diffuderūt. Quibus itaq; erroribus nonnullę heluetiorum partes in tantum irretitę fuere, ut nec antiquę fidei inter ſe, & pacis & honeſtatis haberent rationem, quin alter alterum diuerſæ factionis, laceſſere, & capitali odio ꝓſequi ſoleret, & præſertim Zuingliani Catholicos, quos etiam damnis, periculis, & incommodis multis affecerunt, uſq; tandem ipſi Catholici uim ui repellere, & armis ſe defendere coacti ſunt, prelium indicitur, Clamor exoritur uirum, clangorq; tubarum, & campanarum ſonitus in toto Turiceñ. territorio auditur. Zuinglius adhortatur ſubditos ad bellum, corripiunt arma, uolant ſigna, inſtruuntur acies, ordinantur Bombardæ, ſit congreſſus, Zuingliani cæduntur, & pſeudomantes ipſe Zvuinglius in tertio ordine ſeu membro armatus transfoditur, pereuntibus ſecum Apoſtatis Vuolffgāgo Riepplin Abbate Monaſterij capellę, Conrado fabri cōmēdatore in Ruſsnach, & ſedecim de ſecta eorū ꝑdicātib⁹ cū diuerſis capitaneis & magna copia uirorū illius gregis, Contra quos itaq; errores uiri hac tempeſtate clariſſ. ſupra conſignati copioſe ſcripſerunt & Chriſtianiſſ. militarunt arguendo, obſecrando, exhortando, diſputando, & increpando &c. Sed, ut ſurdo fabula, profuit. *Zuinglius transfoſſus.*

Secta & conſpiratio Ruſticorum in Germania per totam Sueuiam, Franconiam, & dioceſim Saliſburgeñ. nec non ducatum Lothoringiæ, & Rheni aliaſq; partes exorta, licet particulariter plures fuere cohortes, Qui oēs *Anno. 1525.*

 diaboli

diaboli ſuggeſtione.& impoſtura periuri facti a legitimis dominis defecerunt,& contra eos perdita religione inſurrexerunt,ad arma conuolarunt, & diuerſis locis eccleſias, & monaſteria obſederunt, occuparunt, expoliarunt, depulſiſq; Sacerdotibus & religioſis cõcremarunt, plurima etiam caſtra deſolarunt & incenderunt,Nobiles perſequẽtes nonnullos interficientes,diuerſa Oppida & caſtra recuperantes,Tandem confœderati Sueuiæ exercitum ſex millium peditum & duorum millium equitum uel circa ordinarunt.Quorum Georgius Truchſeſs a Vualtſee Baro Nobiliſſ. dux & tribunus militaris (quem capitaneum uocant)extitit,& quadam alia parte magnificus & ſtrenuus Georgius a Fruntſperg eques auratus in Mindelhaim magnam ſtragem fecerunt,ceſis & interfectis numero cẽtũ millia & uiginti millia,q in diuerſis locis perierũt.

Centum millia et uiginti millia Ruſticorũ interfecti.

Balthaſar Hiebmair alias pacimontanus, Theologiæ doctor eccleſiæ Ratiſponeñ. concionator, poſtea Lutheranus apoſtata,tandem Catabaptiſta,Is & ſuæ farinę homines primo euangelicam paupertatem inſimulabãt,bonaq; omnia cõmunia pretendebant, nec uxoribus parcebant,arma nulla deferebant, uictu moderatiores ceteris, plurimi relictis uxoribus & liberis propter Euangelium exiliũ petebant,ſalutati nemini gratias habebant,Intuitu quoq; ueritatis nec iurare uolebant,quantumuis coram iudice producti, de Euchariſtia & ſacrificio miſſæ nihil prorſus ſentiebant.in ceteris ferme uno tenore Zuinglianis conſentientes,.Tandem Balthaſar ille in Niclaſsburg Auſtriæ Oppido, non longe a Vienna, de hereſi conuictus igni traditur.

Pacimontanus igni traditus.

Munſteranorum Secta.

Henricus Rolle ex Holandia, Monachus Apoſtata & Catabaptiſta nephariæ ſeditionis Munſteranorum auctor (qui tandem tragedia peracta in Ciuitate Maſtrich incinera

incineratus) ciuitatem Monſterien. obſcurus, hæreticorū aſylum, adortus eſt, citiuſq; euangelij prædicatoribus ſeſe cōtulit aſſociauitq;, qua inſinuatione non mediocrem incolarum partem in ſuā traxit opinionem, adeoq; ſucceſſu temporis, maiorem (præſertim uulgi) numerum conquiſiuit, ea itaq; impoſtura, maioribus ciuitatis magna contulit incomoda laceſſendo, rebellando, & plærūq; in omnibus contranitendo, tantaq; pertinatia, ut plures de ciuibus patriam ipſam, propriaſq; facultates deſerere coacti ſunt, quod equidem Anabaptiſtis non diſplicuit, ſubinde occaſionem captantes, qua ſeniores ciuitatis in piſtrinum hoc miſerrimum præcipitarent, eoſq; uincere poſſent, uiolenti tandē manu proſilierunt, & omnes una ſuę factioni, diſſimili quadam farina aduerſantes, omnibus bonis ſpoliarunt, & exules de ciuitate depulerunt, tāta itaq; cordis duritia illius ſectæ complices infatuati ſunt per quendam ſarctorium famulum Ioannem de Leyda nominatū (hominem genuina dexteritate mire acutum & uerſipellem) aſſerētem diuino, quodā ſpiritu ſibi a patre reuelatum, ut Chriſtianæ reipub. uera religione conſuleret, eſſetq; Rex magnus & fortis in Iſrael, omnium deniq; terrarum dominus, Hac itaq; inſolita nouitate (ut eſt natura hominū) non uulgariter gauiſi, eundem ut regem agnouerunt & ſalutarunt, triſariaq; corona auro probatiſſ. effecta coronarunt, accepta quoq; uxore quadā nobili ex Holandia, qua minime contentus, ſex alias mulieres eadem fide Regem expectātes iugali thoro habebat, Inſuper duodecim Prophetas (quos & duces in Iſrael uocabant) elegerunt, hiſce progymnaſmatis probe firmati, tandem aperto marte, crudeliq; tyrannide in Catholicos ſęuientes prorupe runt, ita quod uniuerſi ciues (eo qui tempore adhuc ſibi, ſuiſq; fuga non conſulerant, aut in eorum ſectam conſpi

Ioānes à Layda, Rex in nouo templo nouæ Hieruſalē.

 rare

rare nolebant) capiebantur, & in Curia epiſcopali ad ar bores ligabantur, contra quorum poſtea oppoſita, uelut ſcopum corpora bombardis, & alijs miſſilibus armis, te liſq; frequenter iaculauerunt, quouſq; ſpiritus exhalarēt, ſed perſtringemus breuiter illius tragediæ cataſtrophen. Mouebant demum tantæ crudelitatis facinora & latroci nia ad Rhenum aliquos magnæ pietatis cordatos princi pes, qui aduerſus ſacrilegam iſtam hæreticorum manum arma ſumebant, conſcribūt exercitum, ciuitas obſidetur, tandem ancipiti alea belli per plures menſes ciuitas capta

Rex cum duobus Prophetis capitur.

eſt, Rex itaq; cum duobus prophetis maioribus & duci bus, Bernardo Cräſſtig archigrammateo, & Bernardo Kniperdölling ſocero regis (qui non longe antea propriā uxorem publico foro iugulauerat) tenebantur, & in uin cula conijciuntur, uaria queſtione interrogantur, ubi de mum cōfeſſi ſunt ſe illius propoſiti fuiſſe, non acquieſcere niſi totus orbis regis pareat imperio, & in Catabaptiſta rū hęreſim conſentiat (idq; gladij animaduerſione) More

Presbyter ad incarceratos mittitur.

autem Chriſtiano presbyter ad incarceratos mittitur, ut eoſdem, pijs monitis & perſuaſionibus ad gremium eccle ſiæ reduceret, cuius uocem rex beneuola attētione audit,

Rex ſolus ſe cōuertit & reuocat.

monita acceptat, de commiſſis dolet, pœnitetq;, ſacerdoti rationem facit, errorem agnouit, publicoq; teſtimonio re uocat, duobus alijs non ſine pertinatia reluctātibus. Die uero ſabati poſt diui Sebaſtiani de ipſis tribus tali ſpecta

Regis & duorum prophetarum ſuppliciū

culo ſumptum eſt ſupplicium, in forum enim perducun tur, erecta eminenti machina in huius quaſi centrum co lumna oblonga ſubducta fuit, huic rex ad umbilicum de nudatus alligatur, ignitiſq; forcipibus a duobus lictorib. ad horam diſcerpitur, donec alter carnificum miſeratione motus, cultellum corripuit, illudq; regis pectori infixit, Ecce eo facto, rex Iſrael animā exhalauit, mox de duobus

alijs

aliјs idem ſumptũ eſt ſuppliciũ, inde cadauera machinis deiecta, ſuper uehiculo ad turrim diui Lamperti deuehũtur, ubi tria ferreis cancellis receptacula fabricata ſtabant, intra quorum capedinem defuncta corpora cathenis ligãtes, in altitudinem turris ducebant, medium quidem Rex tenebat, eo igitur ſpectaculo, alta turri dependent, omnibus ſeditioſis hæreticis perpetuo exemplo.

Sabbatiani hæretici nuper de anno. 1539. oborti, hi a Luthero deficientes nouam ſectam induxerunt, quorũ errores hi ſunt, Chriſtũ in hunc mundum ueniſſe negant, imo, Meſſiã expectantes, ſe ipſos circumcidentes, Iudæoꝝ tum quoqꝫ legem perpetuo duraturam prædicantes, cum pluribus aliјs, contra quos itaqꝫ nunc Lutherus ſtilum armauit, illoſqꝫ ut zuinglianos & Cathabaptiſtas perſequitur, ea perſciti inſania. Dum ſtulti uitant, uicia in contraria currũt, non niſi lerneæ hidrę capita prę cidentes.

Et ſtulti aliquando ſapite. Pſal. 93.

Peroratio.

Habes itaq; candide Lector, breui epitomate eccleſiæ calamitates, perſequutiões & oppugnationes, quas ſecundum receptiores hiſtoricos & chronographos ab apoſtolicis uſq; ad noſtra ultima tempora, cum à tyrannis, tum ab hæreticis, & ſciſmaticis aliјſq; huius farinę hominibus uerſipellibus & ſeditioſis, per diuerſa mundi climata ſuſtinuit, una cum erroneis, diſiectis, & damnatis eorum machinis & ſeditionibus, id quod plęriq; alij longiori ſchemate proſequuti ſunt, quas inq; hæreſes nunc poſtliminio impune reuocāt Neoterici noſtri Viccleſitæ, Huſſitæ, Lutherani, Zuingliani, Catabaptiſtæ & alij, à quorum itaq; ampliori proſequutione temperauimus, nolētes quempiam prolixitate operis pręgrauare, Tu igitur ęqui boniq; conſule & Vale.

VVOLPHANGVS KIRIANDER OTINGEN.

OLim florebat olim Germania fœlix
Externis populis uirga timenda fuit,
Heu nunc hæretici nunc tot diſcrimina rerum
Cæſareo turbant cuncta ſub imperio,
Scinditur in uarias mentes mutabile vulgus
Labitur in uicia, & rhetia mille mali.
Luxus, auaricia, fraus perdita creuit in altum
Crimina uindictam mox ſubitura grauē,
Hæc uindicta fores pulſat, ſed tempore lentas
Penſabit penæ cum grauitate moras,

Ad Ceſarem

At nunc pone modũ Carole inuictiſſime Cæſar
Pareat Imperio ut terra fretumqꝫ tuo.

VIRGILIVS ENEIDOS VI.

Heæ tibi erunt artes paciſqꝫ imponere morem
Parcere proſtratis & debellare ſuperbos

In Chamo & freno maxillas eorum
conſtringe, qui non adproxi-
mant ad te. Pſalmo. 31.